

# Xenophon quomodo Agesilai

mores descripserit

exposuit M. Evers.

Pars I.

## Quaestionum ad Agesilai vitam pertinentium principia.

Agesilai regis mores a Xenophonte in historia Graeca utrum recte an perverse descripti sint, adhuc viros doctos constat in utramque partem disputare. Quam in controversiam me quoque interpositurus ita rem tractabo, ut, remotis quam maxime grammaticorum quaestionibus, ea sola examinem quae ad Xenophontis fidem atque auctoritatem pertineant. Atque tria potissimum in hac re observanda mihi videntur: Xenophon num nimia laude regem extulerit; num vitia eius vel peccata aut silentio praeterierit aut extenuare honestave quadam praescriptione tegere studuerit; denique num omnino tam solidam vitae illius ac morum imaginem effinxerit, ut non solum cum ceterorum veterum auctorum descriptionibus conveniat, sed etiam diligentioribus illis ac subtilioribus quae his temporibus florent historicorum atque criticorum studiis satis comprobetur. — Hanc autem rationem ordinemque rerum sequar, ut primum pauca disseram de veterum librorum ad Agesilai historiam pertinentium fide ac recentiorum scriptorum maxima sententiarum varietate et dissensione. Deinde illa mihi quaestio movenda erit, quae ad universam dubitationem dissolvendam maximi momenti est, num Agesilaum pariterque ipsum Xenophontem *φιλέλληνας* fuisse recte affirmari possit, qua in re facere non potero, quin omnem ipsorum Lacedaemoniorum in ceteros Graecos agendi rationem consiliaque breviter perstringam. Denique quaecunque praeterea de Agesilai publica privataque vita Xenophon rettulit, quae quidem ad mores regis pertineant, singula persequar idque eo modo ut semper tres illas quas proposui iudicandi rationes respiciam. Hac in scrutatione in ipsam illam quaestionem longius mihi devertendum fore, num Xenophon deprimendis Thebanis atque in primis Epaminondae laudibus minuendis cum omnino Lacedaemonios tum Agesilaum extollere studuerit, eorum qui in re versati sunt nemo erit qui non consentiat. Omnia quidem haec ut hoc loco accuratissime omnibusque ex partibus indagata demonstrem, cum multis magnisque muneris negotiis implicitus tempore egeam, vix impetrare potero. Quare quae nunc afferre non licuerit in aliud tempus aliumque locum reservabo.

## CAP. I.

## De veteribus scriptoribus.

Omnium in hoc genere quaestionum cum maxima videtur tum difficillima esse, famosa illa quae Agesilaus inscribitur laudatio utrum tribuenda sit Xenophonti necne. Doctorum enim hominum quicumque de re exposuerunt in duas partes divisorum quasi pugna iterum atque iterum redintegrata adhuc stat ambigua, ut tamen mihi oppugnatores, qui libellum qualem traditum accepimus a Xenophonte abiudicandum esse censuerunt, iam palmam quodam modo tulisse videantur. Nam defensores, quos quidem noverim, licet numero adversarios fere superent, tamen quae alteri attulerunt argumentorum momenta plurima ea ipsi satis refellere non potuerunt, tum vero inter sese dissidentes hi projecta quasi vel minore quadam vel maiore parte supellectilis castrensis plura vel pauciora libelli loca ut subdita aspernantur, illi nimia pertinacia totum libellum a primo ad extremum Xenophonteum esse contendentes vineta sua, ut dicitur, ipsi ceciderunt.<sup>1)</sup>

Ex his ille quidem, qui auctoritatis Xenophontaeae adversus Niebuhrium<sup>2)</sup> acerrimus extitit defensor, F. Delbrueckius, laudationem, quamquam Xenophonti tribuit, tamen haud magni aestimandam esse iudicavit.<sup>3)</sup> Prorsus aliter — ut superiores transeam — L. Herbstius, cum illius, quem infra laudabo, Hertzbergii libri de Agesilao conscripti magnam censuram scriberet,<sup>4)</sup> laudationem sine dubio vere Xenophontis esse adeo pro certo affirmavit, ut etiam adversarios, quidquid contra vel dixissent vel dicturi essent, nihil efficere posse asseveraret, nisi ut eam sententiam confirmarent. Similiter A. Buttmannus Agesilai vitae laudator magis quam scriptor libellum verum esse non tam argumentis defendit, quam auctoriter declamavit.<sup>5)</sup> Magna sane in utroque viro fiducia atque digna cui invidetur! Quam prae se ferens H. promisit quidem accuratius sese rem confirmare velle, sed, quod doleo, adhuc quod quidem sciam promisso non stetit. De B., quamquam minime in animo est nimium eius in Lacedaemonios favorem defendere, tamen quam censuram Vollbrechtius acerrime scripsit, propterea non plane probo, quod hic nimis sese in contrariam partem vehementem praebuit.<sup>6)</sup> Novissime Grunovius<sup>7)</sup> quae argumenta ad defendendum libellum ex eius „elocutione atque dictione“ repetivit, haud aliud spectare mihi videntur nisi quod ante Breitenbachius protulerat, laudationem non solum „in rerum narratione, morum descriptione, dicendi genere plane esse perfectam, cui nihil deesset, verum etiam ubicunque cum Xenophontis

<sup>1)</sup> Pugnatorum tabulas cf. apud Heilandum (Xen. Ages. c. adnot. et proleg. Lips. 1841, p. II sq.), in primis apud G. Sauppium (edit. stereot. 1866, vol. V, p. 125 sqq.) qui tum defensores XXIII, in quibus semet ipsum, enumeravit, tum adversarios XXII. Ad illos accessit Grunovius („Progr. d. höh. Bürgersch. z. Neust.-Ebersw.“ 1873), ad hos Chr. Hauptius („Progr. d. Gymn. z. Landsberg a. W.“ 1874) et qui novissime quod quidem sciam de re exposuit Terwelpius (De Ages. qui Xis nomine fertur auctore diss. Monast., 1873). De his Nitschius disseruit in diar. Gymn. Berol. 1874, p. 962 sqq.

<sup>2)</sup> „Kleine histor. u. phil. Schr.“ Bonn 1828. cf. adnot. 23.

<sup>3)</sup> „Xenophon. zur rettung seiner durch B. G. Niebuhr gefährdeten ehre, Bonn 1829, p. 148 sqq. Idem Manso (Sparta, III 2 p. 12) iudicat cum libellum ut subditum aspernatur. Ceterum quod nihilo minus ad defendendum libellum D. profert: „der lobredner darf die verschönerung so weit treiben als ohne offenbare verletzung der wahrheit geschehen kann, . . . wie ein maler auch auf schmeichelnde ähnlichheit hinzuarbeiten hat, so liegt es in der natur der beredtsamkeit im loben über das verdienstliche hinauszugehen,“ quam collationem Heilandus in extrema praefatione affert, ego ut in eodem simili verser contra dico, sicut boni pictoris sit in pictura umbras ab lumine dividere, sic boni laudatoris esse ea quoque admovere in quibus minus laudari quis possit, quo clarius ex eius ut hominis imbecillitate virtutes eluceant.

<sup>4)</sup> cf. nov. ann. phil. 77, p. 702: „Der Ages. des Xen. ist ohne zweifel echt u. grade die neuen beweise Cauers für d. unechth. werden d. wahrh. des gegentheils nur in ein helleres licht stellen.“

<sup>5)</sup> „Agesilaus. Lebensbild eines spartan. königs u. patrioten, Halle, 1872, p. 29: „Es ist hier nicht der ort meine überzeugung v. d. ächth. d. schr. zu entwickeln, sondern sie eben nur einfach auszusprechen u. das werkchen . . . zu meinem zwecke zu benutzen.“ Quae praeterea protulit (p. 79 sq. 285), cum ipsa inania videantur, hic quoque „locus non est“ ut refutem.

<sup>6)</sup> nov. ann. phil. 109, p. 185 sqq. „Das nationalgesinnte . . . demokratische Athen verlor nie [?] den blick auf u. das lebhafteste interesse für d. gesamtheit Griechenlands, während das . . . particularistische . . . aristokratische Sparta stets [?] im engsten localpatriotismus befangen war. qua de re cf. caput II, adn. 28.

<sup>7)</sup> cf. adn. 1.



historia Graeca discreparet omnino praefendam<sup>8)</sup>. At ipse quem (in adnot. 1) nominavi Heilandus, quamquam praeter ceteros summa opera annixus est, ut Xenophontem esse libellum confirmaret, tamen non solum undecimum caput (praeter particulas 14—16) non esse Xenophontem iudicaverat, sed etiam per omnem librum multa extare concesserat, quae „oratione negligentem et minus accuratam“ laborarent, quae „ipsi Xenophonti suffecisse non viderentur“. Quid? quod solum quartum caput et quintum relinqui dixerat, in quibus nihil fere inveniretur quo offenderere, quod confessus erat „orationem, qua Xen. in narratione earundem rerum in Hellenicis usus esset, multo praestare dicendi rationi in Agesilao conspicuae“! Ad ea vero vitia excusanda quam coniecturam vir doctus fecerat, Xenophontem morte esse prohibitum libellum, quem „senex cursim negligentemque conscripsisset, ex nova quadam Hellenicorum recensione [quam ab eo factam esse H. ad hoc coniecerat!] emendatum denuoque elaboratum edere“; eam ipsam coniecturam, quasi „Agesilaus neglectus iacuisset, quoad alius quidam librariolus, quae inchoata a Xenophonte invenisset, ordine non observato additoque ultimo capite libellum ederet“: eam ceteri defensores minime probaverunt. — In primis G. Sauppius<sup>9)</sup> caput istud undecimum sibi videri dicit „prima quaedam laudationis elementa seu lineamenta continere, post mortem autem Xenophontis qui haec invenisset, hoc *ὑπόμνημα* et expositionem, non absolutam illam quidem omnino [!], contexuisse additisque quibusdam orationis vinculis edidisse.“ Iam vides in uno hos defensores consentire, quod de capite isto undecimo quid sententiae ferant in incerto habent. Ceterum quanta idem defendentium dissensio! De qua ipse Sauppius rectissime: „fere in suspicando et coniectando omnia versari nec quidquam agi, nisi ut verisimiliora eruantur.“ — Paulo quasi longius quam illi proelio excedit Nitschius,<sup>10a)</sup> cum defensoris partes ita agit, ut non solum undecimum caput, sed etiam primum (exceptis partic. 1—5) atque alterum, hoc est aliquanto plus quam dimidium libelli a Xenophonte abiudicet, at reliqua omnia vere Xenophontea esse summa pertinacia contendat. Censet vir doctissimus quae verba restent, cum inter se coniuncta sint, in sententiam satis perspicuam accipi posse: (I, 6) *ὅσα γε μὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ διεπράξατο* (III, 1) *οὐ τεκμηρίων προσδεῖται, ἀλλ' ἀναμνήσαι μόνον ἀρκεῖ καὶ εὐθὺς πιστεύεται*, hoc esse: Xenophontem dicere, quas Agesilaus in regno res gesserit, quippe quae notissimae sint, silentio se praeteritum esse. Verba autem „ἀναμνήσαι μόνον ἀρκεῖ“ pessimae istius suppositae partis videri causam fuisse („scheinen den impuls zu dem elenden einschiebsel gegeben zu haben“). Qua coniectura acuta sane perspicua est multa, quae in libello criticis offensionibus fuerunt, prorsus esse sublata. Apparet quoque vir doctus quantam vim illis tribuerit rationibus, quibus adversarii auctoritatem laudationis impugnaverunt. Quaeritur autem in reliqua parte num vitiorum nihil iam inveniatur, ut recte Nitschius contendisse videatur omnia in ea enodari posse atque defendi („in dem von mir für echt erklärten lässt sich alles angefochtene rechtfertigen und erklären“). — Qua in re mihi quidem cum ipsa verba *ὅσα, τεκμηρίων προσδεῖται, ἀναμνήσαι*, tum proxima *νῦν δὲ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀρετὴν πειράσομαι δηλοῦν, δι' ἣν ταῦτα ἐπραξε καὶ πάντων τῶν καλῶν ἦρα καὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἐξεδίωκεν* parum videntur cum Nitschii coniectura convenire; nam haec verba plane inepta esse puto, si nihil rerum gestarum auctor ante narraverit. Omnino verba non significant, quod N. vult; non dicit auctor res gestas praeterire se velle, sed hoc dicit: quaecumque in regno A. gesserit, ea non indigere argumentorum vel testimoniorum additamenti, sed monere tantum h. e. leviter tangere opus esse ut crederentur.<sup>10b)</sup> Atque etiam quae verba orationem traducunt: *νῦν δὲ* etc., item verbum *ταῦτα* et quae ad hoc respiciunt: *καὶ πάντων* etc. recte intellegi non posse existimo, nisi ad res gestas quamvis breviter narratas referantur. Itaque quam codices verborum et sententiarum figuram exhibent: (II, 6) *ὅσα . . . διεπράξατο νῦν ἤδη διηγῆσομαι* etc. (III, 1) *καὶ ταῦτα μὲν δὴ εἶρηται . . . τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐ τεκμηρίων προσδεῖται* etc., eam Nitschiana e structurae praefendam esse equidem persuasum habeo. — Utrum autem a primo duo illa quae nunc extant prima capita, quae mihi quidem pro reliqua libelli parte multo longiora videntur, an alia

<sup>8)</sup> His scripta omn. ed. Bornem. Kuehner. Breitenb. IV, 2, Goth. 1846, praef. p. III—VII. Quaest. de Xis. Ages. progr. Sehleusing. 1842. Witeberg 1843. — „Xs. Hellenika, Berol. 1873—76, II, praef. LVI adnot. (quae advers. Cauorum dicta sunt parvi momenti videntur).

<sup>9)</sup> cf. adn. 1.

<sup>10a)</sup> cf. adn. 1 l. 1. p. 966 sq.

<sup>10b)</sup> Eandem sententiam habent eadem verba I, 5: *τὸ . . . ἀξιοθῆναι ποίων ἐτι τεκμηρίων προσδεῖται τῆς . . . ἀρετῆς*, in quibus verbum *ἐτι* verbo *προσδεῖται* additum nihil est nisi *πλεονασμός*, pariter ac nostrum „noch dazu bedürfen“.

quaedam brevior narratio intexta fuerit, quis nunc disceptare possit? — At in reliquis quoque capitibus nequaquam omnia, ut N. dixit, defendi posse arbitror. Sed prius quam ad hanc quaestionem accedam, eorum criticorum mentionem facere opus est, qui velut Cyprianus et novissime R. Grosserus,<sup>11)</sup> plane novis coniecturis quasi armati in proelium prodeuntes, libellum partem fuisse contenderunt cuiusdam Xenophontae historiae Graecae amissae illius quidem antiquis temporibus et ex qua „Hellenica“ illa, quae nos haberemus, nihil praeberent nisi epitomen aliquam ab ignoto quodam homine multo post Xenophontis mortem confectam. De hac coniectura, quam Sauppium duxit cognitione dignam et ad iudicium de opere Xenophonteo faciendum utilem, cum ad nostrum propositum propterea haud spectare videatur, quod ipsi critici libellum ab isto epitomatore non solum exscriptum, sed etiam retractatum vel depravatum esse concedunt, ad eos revocare satis est, qui in contrarias partes rem disputaverunt.<sup>12)</sup> Equidem nondum adductum me esse profiteor, ut libellum, in primis novem ultima capita, unquam partem historiae Graecae fuisse existimem.

Tantum enim illi, ad quos nunc venio, adversarii evicisse mihi videntur multo rectius in laudationem cadere quae Heilandus, quam quae Buttmanus Breitenbachius Grunovius disputaverunt. Ex hac parte, cuius principem nemo nescit illustrissimum criticum, Valckenarium, fuisse, non remitto nisi ad novissimos, praeter Hertzbergium, egregium vitae Agesilai scriptorem, ad Cauerum Hagenium Terwelpium,<sup>13)</sup> qui in subtilissimis dissertationibus cum ex rerum narratarum natura et ordine, tum ex laudandi ratione atque genere dicendi collegerunt auctorem fuisse non Xenophontem, sed — ut Hertzbergius Cauerus Terwelpius Valckenarium

<sup>11)</sup> Λοισιτέδης Κυπριανός, Parisius, scripsit περί τῶν Ἑλληνικῶν τῶ Ξενοφώντος, Athen. 1859, censuit τὰ Ἑλληνικά εἶναι... ἐπιτομὴν γενομένην μετὰ Χριστὸν καὶ ὑπὸ χριστιανοῦ, item laudationem ex vocabulis 10,3: θρήνος, 4: ἀναμάρτητος, 11,16: εἰς τὴν αἰθίον οἰκίαν ab homine christiano ex verae hist. Graecae nunc deperditae partibus compilatam esse collegit p. 85 sqq. 89. 105. — R. Grosserus disseruit in nov. ann. phil. 93, p. 721 sqq. — 95, 737 sqq. — 105, 723 sqq. — „Zur charakteristik der epitome v. Xs. Hellen., progr. Barm. 1873“. — De laudatione cf. l. pr. p. 732: „das ἐγχαίμ. ἄγεσ. war ursprgl. ein besonderer abschnitt in dem umfassenden originalwerke v. Xs. historien, ähnl. wie das Lob d. Kyr. in d. anab. 19. [?] Der epitomator trennte dasselbe als besonderes werk v. d. historien, indem er aus den übrigen bb. ausgesuchte erzählungen über d. taten des Ag. hinzufügte, daher erklärt sich d. dualismus d. schrift, welche in einen erzählenden teil u. das eigentl. enkomion zerfällt.“ — Similes coniecturas constat fecisse Lobeckium Bergkium Campium (praef. interpr. germ. Stuttg. 1856. nov. ann. phil. 105, 711; wir haben nicht mehr den vollständigen, sond. einen castrierten X. vor uns) Dittich-Fabricium (ib. 93, 455 sq) alios quos Gross. in progr. p. 3 sq. enumerat. Buechenschuetzius, primo assensus (Philol. XIV, 548), postea opinionem impugnavit in Teubn. edit. tert. p. 6 et in nov. ann. phil. 103, 217 sqq. (p. 249: Grosser hat die mehr als kühne ansicht ausgesprochen etc.).

<sup>12)</sup> cf. G. Sauppium l. l. vol. IV, p. XI a: Heu quanti operis deperditi quanta superstes epitome! quanta conscriptorum a sene Scilluntio librorum copia! — Hertleinus in nov. ann. ph. 95, 464 ei assentitur, tamen opus multis ex partibus decurtatum et lacunosum dicit. Ceterorum oppugnationum tabulas cf. apud Vollbrechtium in progr. lyc. II Hannov. 1874: De Xis Hellenicis in epitomen non coactis, p. 5. De quo Nitschius l. l. 942: „eine gute kritik dieser auszugstheorie etc.“, ipse tamen aliquot Vollbrechtii sententias impugnat. Adversus V. novissime Gr. acerbe neque tamen iniuste disseruit in diar. gymn. Berol. 1876, p. 257 sqq. — De Xis auctoritate quod. V. inique scripsit cf. adn. 23.

<sup>13)</sup> Hertzberg, D. leben d. Kön. Ages. II. v. Sp., Halle 1856, p. 221 sqq.: man wird das encom. einem mit Xs. Schriften wol vertrauten späteren sophisten, rhetor od. grammatiker zuschreiben müssen. In welcher Zeit es entstanden, wage ich nicht zu bestimmen... viell. e. produkt hellen. nationaleifersucht auf d. Makedonier, wegen des gr. gewichts, welches auf d. Perserzug des A. — gleichs. eines ebenbürt. rivalen des gr. Alexandros — gelegt wird [?]. — Cauer, Quaest. de fontib. ad Ages. hist. pertinent. p. I, Vreatis 1847; p. 26 reprehendit multas libelli ineptias; 27: auctor ita omnium virtutum genera in Agesilaum suum contulit, veluti malus pictor omnes colores tabulae inducere solet; adn. 2: colligo a seriore grammatico librum scriptum esse inter Horatianum illud imitatorum pecus recensendo; 31: multa inesse quae auctorem indoctum et imperitum, quae servilem Xis imitatore arguant. — Herm. Hagen, De Xeo qui fertur Ages., Bern 1865, cf. p. 30: credi nullo modo posse Xem tam misere stollideque sua ipsius scripta compilaturum suumque ipsius fuisse extitutum plagiarium foedissimum; 31: nonne is consarcinator miserrimus dicendus est? p. 33—36 aliquot Caueri et Rankii (de Xis vita et scriptis, Berol. 1851) argumenta refutare studet, in primis non a seriore grammatico libr. posse dicit scriptum esse, quod iam Dicearcho ipsi (cf. Plut. Ages. 19, apud Hagen. p. 6), qui non ita multo post Xis mortem vixerit, et notus fuerit et Xeus visus sit. — p. 36—59 argumenta XXVII profert, quae post Beckhausius refutare studuit, cf. adn. 18. — De Terwelpio cf. adn. 1. Hic sibi non probari scripsit (p. 14, adn. 4) quod de Dicearcho Hagenius declamavisset magis quam disputavisset; idem testimonium Nitschius quoque (l. l. p. 965) in dubium vocat, sed Terwelpium Polemonis libellum (περί τοῦ παρὰ Ξενοφώντι κεννάθρου) oblitum esse monet. Ceterum T. permulta, quae laudator ex diversis Xis scriptis mutuatus videretur, diligenter conquisivit (p. 16—37). In compositione quoque ac dicendi genere multa inesse demonstrat (p. 49—62) quae a Xis ratione abhorreant neque convenient nisi cum sophistarum „quaesito sermonis genere“. Seriori aetati dicit etiam ea esse assignanda quae in oratione abhorreant ab emendatiore et elegantiore usu. Itaque librum scriptum esse a quopiam sophista, quem, quo facilius fraudem faceret lectoribus, nonnulla consulto nec sine calliditate immiscuisse, quibus quis utique adduci posset, ut laudationem brevi post Agesilai mortem conscriptam crederet, quam sententiam ego non probo propter I, 4: διαμένει; V, 6: ὀλίγων εἰδῶτων πολλοῖς ἔξε σὺν ἀπιστεῖν; VII, 7 cf. adn. 18; VIII, 7: ἰδέτω, θεασάσθω, πειράσθω; X, 3: θρήνον; καὶ νῦν λέγεται.



secuti iudicant, sophistam, rhetorem vel grammaticum serioris aetatis, — ut Hagenius, duos non tam serae aetatis sophistas rhetorissantes, quorum alterum „miserrimum plagiarium, nequissimum compilatorem“ capita decem priora, alterum caput undecimum conscripsisse. Utcunque res se habet, id mihi quoque persuasum est a Xenophonte libellum, qualis quidem traditus est, prorsus esse abiudicandum. Etenim hic si talem laudationem conscripsisset, aut Agesilaus omnium regum ac praetorum Graecorum optimus maximeque egregius esset iudicandus,<sup>14)</sup> aut Xenophon non solum ab omni veritate deflectens, sed etiam a semet ipse discedens tantis laudibus regem extulisset, ut cum eis rebus, quas ipse in historia Graeca memoriae prodidit, omnino non convenirent.<sup>15)</sup> Neque defendi debet haec discrepantia, id quod defensores volunt, ipsius laudationis naturae excusatione. Nam laudatoris quamvis sit laudandi hominis virtutes exornare, pigmentorum flore et colore depingere, omnibus ad imitandum proponere atque etiam quid imbecillitatis vel vitiorum in homine fuerit quam maxime excusare, remisse iudicare aut — quod per me impune sit! — omnino tacere: tamen istius libelli scriptor quis non videt ut effuse alternisque verbis laudando regem velut deum omni culpa vacuum sanctumque effinxerit? Iste mehercle, cum significavit (XI, 5) *τοὺς καὶ ψέγειν ἐθέλοντας* atque *τοὺς παρόρησιαζομένους* pluris esse habendos quam qui nihil sciant nisi laudare, de se ipse iudicium dixit! Atque hoc esse Xenophontis! a quo regem, quem maxime dilexerit, non semel in hist. Graeca vituperatum esse infra videbimus. At Nitschius quidem contra Terwelpium monet (l. l. p. 967): „Man vergesse doch nicht, dass X. zu der hingebendsten überschätzenden freundschaft mit imponirenden personen nur zu geneigt war; dann wird man die nimia admiratio nicht für unmöglich halten“. Atque etiam quod T. monuerat (p. 48) Xenophontem constare veritatis ubique studiosum fuisse, idem Nitschius acerbè impugnavit: „anerkanntermassen [!?] ist doch der historische wahrheitssinn Xs. in den Hell., wo es Laked. und Ages. gilt, nur ein schwacher“. Quod iudicium quam iniquum sit, cum ex eis intellegitur, quae G. Sauppius in operibus Xenophontis edendis praefatus est (vol. I et IV)<sup>16)</sup>, tum ipse spero infra me demonstrare posse. Denique Nitschius adversus Terwelpium disserentem (p. 55) nimis completam esse laudationem rhetoricis artificiis atque calamistris, cum ad alias illius aetatis orationes, nominatim ad Isocratis Euagoram revocat, ipse invitus testis est libellum multo rectius ad rhetorem quempiam Isocrateum referri quam ad Xenophontem.

Neque tamen adversariis triumviris, Hagenio in primis in eo assentior, quod libellum a primo ad extremum ut „foedissimi plagiarii“ vile opus despiciunt. Ipse Terwelpius de altera parte encomii (cap. III—XI) concessit non licere aequè certe ac de priore statui (p. 27), immo ex capite XI quaedam Xenophonti se assignare dicit tamquam auctori. Omnino auctorem non, ut facit Cauerus, „indoctum et negligentem epitomatorem“ dicit, sed „qui Xenophontem sedulo et diligenter imitatus sit (pag. 63)“. Aliter enim fieri non potuisse, ut tot formulae et locutiones, tot sententiae earumque constructiones reperiantur aut eadem aut simillimae“. Has ipsas similitudines respiciens, praeterea accurate observans quidquid novarum rerum libellus veterumque scriptorum diligenter ponderans testimonia ille, quem extremum induco, subtilissimus criticus atque sagacissimus, H. Beckhausius,<sup>17)</sup> inter defensores et oppugnatores medium quiddam tenens, redarguendis paene omnibus quae Cauerus Rankius Hagenius protulerant argumentis plane novam coniecturam publici iuris fecit, libellum, cum in eo alia reperirentur quae cum Xenophonte non

<sup>14)</sup> Ex nimis laudibus cf. has: 4,1: *τῆς εἰς χρήματα δικαιοσύνης ποῖα ἄν τις μείζω τεκμήρια ἔχοι τῶνδε;* 6,4: *τῆν γε μὴν σοφίαν αὐτοῦ ποῖα τῶν ἐκείνου πράξεων οὐκ ἐπιδεικνύουσιν;* 8: *ἀκαταφρόνητος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ἀζήμιος δ' ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀμεμπτος δ' ὑπὸ τῶν φίλων, πολυεραστότατος δὲ καὶ πολυεπαινετώτατος ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων;* 7,4: *... φιλέλληνα... τίνα τις οἶδεν ἄλλον στρατηγὸν etc.;* 9,7: *πλείστους δὲ φίλους καὶ ἀρίστους ἀνὰ πᾶσαν τῆν γῆν κειτῆτο... ὀνομαστότατος καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας;* 10,4: *φιλοτιμώτατος... ἀήτιτος... ἀναμάρτητος* [de quo vocabulo cf. Cauerum adv. Reizium et alios p. 26. Terwel. p. 36—42, qui vituperat etiam I, 1: *τελέως ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγένετο etc.;* III, 1: *πάντων τῶν καλῶν ἤρα καὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἐξεδίωκεν etc.* et recte remittit ad Hellen. VI, 3,10: *ὁρῶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐδένα ἀναμάρτητον διατελοῦντα*].

<sup>15)</sup> Primus Valckenarius (Diatrib. Eurip. p. 266) recte dixit Xenophontem in Hellenicis hominis atque imperatoris peccata commemorare non praetermississe; remisit ad Hell. V, 4,1. Quae in hoc genere praeterea extant infra disserenda erunt; hoc loco ad haec revocare iuvat: Hell. III, 4,29. — IV, 5,6. — V, 1,33. 2,3. 4,1. 13. 24. — VI, 3, 9. 11. 5,21 etc.

<sup>16)</sup> cf. in praefatt. vol. I, p. VIII sq. vol. IV, p. IX sqq.; quod Sauppius queritur „hodie parvum numerum laudatorum esse“ cf. apud Hauptium (l. l. p. 3): Xen. scheint als historiker in neuerer zeit ein günstigeres urteil zu finden als früher. vid. infra p. 10, adn. 24.

<sup>17)</sup> De Xeo qui fertur Ages. diss. Berol. 1863. — Xenoph. d. Jüngere u. Isokrates etc., Progr. Rogasen. 1872, part. I; part. II in diar. gymn. Berol. vol. 26, 1872, p. 225—67.

possent conciliari, alia quae ex nullo viderentur fonte effluere potuisse nisi ex ipsius Xenophontis vel libris vel commentariis, non quidem ab hoc ipso, sed ab eius nepote Xenophonte, Grylli filio, Isocratis discipulo conscriptum esse atque editum. Quam sententiam eo quoque confirmare studuit, quod necesse esse demonstravit libelli scriptorem, cum ex quarti a. Chr. saeculi historicis neminem, ne Theopompum quidem novisset, ante eos neque multo post regis mortem, id quod ex multis ipsius libri locis efficeretur, circiter annum 350 vel paulo post laudationem conscripsisse. Hanc sententiam recte Sauppius, quamvis ipse dubius haereat, lepidam dicit dubitantibusque placitaram, cuius ope difficultatibus aliquot finis repente videatur imponi posse. Atque mihi quoque, quae et ipse et Hagenius itemque Buechsenschuetzius contra dixerunt, a Beckhausio novissime ita refutata videntur, ut prae illis tot quas commemoravi sententiis futilibus commenticiisque de hac coniectura viro docto vere gratulari nos posse existimem.<sup>18)</sup> Attamen, cum neque quae adversus Hagenium protulit omnia mihi probentur neque res ipsa adhuc omnibus ex partibus satis confirmata videatur, id dictum velim mihi laudationem non videri a primo simplicem et unam fuisse, sed ex pluribus encomiis coactam et retractatam.<sup>19)</sup> Multas enim post regis mortem laudationes factas esse ex Isocratis ad Archidamum Agesilai filium epistula intellegitur, quarum aliquot huic libello partem materiae praebuisse puto. Simul scriptor quae apud Xm. de Agesilao deque aliis claris hominibus scripta invenit operi intexuit; fortasse ipse X. amico mortuo laudes quasdam composuerat vel — ut Sauppius censuit — elementa quaedam scripserat, quarum laudum moderatarum utique nec veritatis specie destitutarum vestigia forsitan inveniantur ubicunque modestius Ages. laudatur, velut in capp. IV, 4. 5. V, 1. 3, VI, 1. 2. 5. 6, in ceteris quae ad *ἀνδρείαν* et *φιλοπονίαν* pertinent, maxime in cap. XI, in quo mihi quidem laudes modestiores videntur quam in ceteris capp. — Omnem denique materiam scriptor Isocratorum modo ac ratione effinxit, laudes exaggeravit, verborum ampullas magnas quidem sed simili semper modo formatas adhibuit, totum opusculum haud ita multo post Xis mortem in praesentem maxime usum edidit. — Quae cum ita censeam, ad

<sup>18)</sup> Recte B. demonstravit (I. I, p. 3) laudatorem nondum novisse Theopompum (contra Caerum p. 28. 30 et Hertzbergium p. 223). Idem (p. 8 sq.) ex cap. VII, 7 recte colligit eum, cum praesenti verborum forma usus sit (ὁ sc. βασιλεὺς νῦν συμμαχεῖ... διορίζεται... εὐρήνην συμπράττει... ὁρῶσι μὲν οὖν ἄπαντες ταῦτα) ad suam ipsius aetatem spectare, optimeque Hagenium, qui verba nisi in Artaxerxem Mnemonem hoc est in regem iam mortuum tempusque iam praeteritum cadere non posse contenderat, eo refutavit quod eadem verba in Ochum regem in annos p. Chr. 367—350 cadere eicit (p. 10 sq.). Quae antea in dissert. de singulis partibus aut Xenophonti aut ipsi laudatori assignandis disputaverat (ib. p. 61 laudatori tribuerat ep. I exord. et finem, II fin., ex parte III, V, VI, VIII, IX, XI totumque VII) in progr. multo accuratius et rectius exposuit, diligenter discernens, quae vel ex historia Graeca vel ex relictis a Xe commentariis exscripta et quae Isocratis discipulo ipsi tribuenda sint. — Quae praeterea de ancipiti libri et argumento et genere dicendi tum Xenophonte tum Isocrateo protulit (p. 13—25); item de laudatoris in Agesilaum tamquam Graecorum adversus Persas propugnatores studio nimiaque admiratione (p. 15), quae recte ad illud tempus refert, quo Isocrates eiusque discipuli nihil antiquius habebant quam ut Graecos ad magnum bellum Persicum communiter suscipiendum inflammarent; denique quae exposuit de illa quae inter libellum de republica Lacedaemoniorum conscriptum et Isocratis Panathenaicum intercedere videretur ratione (part. II l. 1. p. 242 sqq.), item de Xenophonte minore Grylli filio ut Isocratis discipulo (progr. p. 29 sqq.), quem etiam alios illos qui Xis nomine feruntur suspectos libellos scripsisse et ab ipso Isocrate in Panathenaico Spartanos defendentem inductum esse contendit (part. II, l. 1. p. 249 sqq.): ea omnia diligentissime ac subtilissime esse disputata quis est quin concedat? In quibus quae minus laudem, cum nunc exponere longum sit, alio fortasse loco disputabo.

<sup>19)</sup> Causas h. l. exponere non possum nisi brevissime. Praeter XI, 16 extant tres loci, qui principio diversarum laudationum clausulae fuisse mihi videntur, quorum alterum ab eo qui libellum retractaverit in interrogationis speciem formatum puto; cf.

VI, 8: ὥστε ἀκαταφόρητος μὲν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν διετέλεσεν, ἀξίμιος δ' ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀμεμπτος δ' ὑπὸ τῶν φίλων, πολυεραστότατος δὲ καὶ πολυεπαινετώτατος ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων.

IX, 7: πῶς οὐ σαφῶς sc. ἔγνω... εἰ... νικήσῃ... τὴν μὲν πατρίδα καὶ τοὺς ἐταίρους εὐεργετῶν, τοὺς δὲ ἀντιπάλους τιμωροῦμενος, διὸ ὄντως ἂν εὐμεγέθης τῶν καλλίστων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων ἀγωνισμάτων καὶ ὀνομαστότατος καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας γένοιτ' ἂν.

X, 4: δικαίως δ' ἂν... μαχαρίζοιτο, ὅς... φιλοτιμώτατος δὲ περικῶς ἀήτητος διετέλεσεν... ἀφικόμενος δὲ ἐπὶ τὸ μῆξιον ἀνθρωπίνου αἰῶνος ἀναμάρτητος ἐτελεύτησεν...

Praeterea cf. multas illas quae dicuntur sententiarum tautologias, quarum pauca affero. Laudatur propter 1) *ἐγκράτειαν χρημάτων* IV, 1. 4—6. VIII, 6—8. XI, 8. 9; 2) pr. religionem ac fidem I, 10. 11. II, 13. III, 2—5. XI, 1. 2. 8; 3) pr. *πειθαρχίαν* I, 36. II, 1. 16. 17. 25. VI, 4. VII, 1. 2. IX, 7; 4) ut *φιλόπονος* V, 2. 3. VI, 6. IX, 3—5. X, 1. XI, 10; 5) ut *πρῶτος* vel *φιλάνθρωπος* I, 20—22. 37. 38 (ὡς πατήρ.) VII, 3 (iterum ὡς πατήρ). VIII, 1 (τὸ εὐχαρί). IX, 2 (εὐπρόσδοτος). XI, 2. 10. 11 (iterum τὸ εὐχαρί); 6) ut *φιλέταιρος* I, 18. 19. II, 21, 23 extr. III, 3. 5. VI, 4. 8. VIII, 1. IX, 7 etc. Atque has laudes tam saepe eisdem fere verbis repetitas nulloque ordine aut mala ratione dispersas censes a primo ab uno eodemque esse conscriptas? — Quam vere mehercle, si id credere vellem, in libellum caderet illud Isocratis (in ep. ad Archidam. init.): *ἴαν ῥέδιος (οὗτος ὁ λόγος sc. τὸ ἐγκωμιάζειν)!*



nostrum propositum libello, cum in eo extent quae nec in historia Graeca nec apud alios scriptores inveniuntur, uti quidem licebit, sed nisi cautissima singularum rerum scrutatione fides ei habenda non erit.

Multo brevius de ceteris scriptoribus disputare licet. Ac primum quidem in Cornelium Nepotem idem fere cadit, quod de ‚Agesilao‘ modo statui. Hunc enim scriptorem constat non ex Xenophontis historia Graeca, sed ex laudatione, quam Xenophonteam putavit, maximam partem exscripsisse. Quae praeterea ex Theopompo aliisve deprompsit (cf. cap. 1. 6. 8) cum Plutarcho comparanda sunt.

Aliquanto pluris — ut Polyaeum Pausaniam alios transeam — Diodorum Siculum faciamus oportet, non tam ipsius causa, quem recte Manso extremis digitis ut dicitur omnia conquisisse indicat, quam quod ex duorum scriptorum locupletissima auctoritate et copia multa deprompsit, Theopompi et Ephori. Theopompum quidem, cuius iam pater propter nimium Lacedaemoniorum studium patria expulsus esset, etiam ipsum videmus in eosdem semper voluntatis inclinatione propendisse. Idem, cum Agesilaum, id quod Plutarchus prodidit, omnium aequalium maximum virum atque praeclarissimum diceret, auctor videtur extitisse nimiae illius admirationis, quam in laudatione et apud Nepotem aliosque multos veterum scriptores invenimus. Ceterum Isocratem quoque constat, quo magistro Theopompus usus erat, cum acerrimo Persarum odio commotus universos Graecos inflammare studeret, ut intestinis controversiis compositis aeterno hosti bellum communiter inferrent, per epistulas appellavisse et ipsum Agesilaum et eius filium Archidamum, in quibus summam omnium spem illo tempore poneret. — Integriorem quam Theopompum Ephorum, qui ipse Isocratis discipulus fuerat, a partium studio se servasse iudiciaque aequiora fecisse viri docti contendunt, quamquam a veteribus scriptoribus ipsum quoque non semel videmus reprehensum esse. Horum autem utrum magis adhibuerit Diodorus, Theopompum an Ephorum; aut hi ipsi quos historicos et quem ad modum secuti sint; aut denique Ephorus — id quod de Theopompi historia omnibus criticis constat — num Xenophontis Hellenica plus minusve exscriperit, de his adhuc viri docti maxime inter se dissentiant atque discrepant.<sup>20)</sup> Ego quae et utriusque fragmenta ad Agesilai vitam pertinent et quae Diodorus praeterea protulit, suo quidque loco vel conferam cum Xenophontis narratione vel ipsa quam accuratissime examinabo.

Venio ad Plutarchum, de quo ipso, ut dici solet, adhuc sub iudice lis est. Nam quem paucis ante lustris critici ut gravem rerum scriptorem fideque dignum laudaverunt, idem nunc epitomarum ac summariorum confector a multis atque quasi quidam compilerator dicitur socors ille quidem et negligens in plerisque rebus. Quam criminationem equidem magis ad eius scripta Moralia quae dicuntur referendam esse censeo, quam ad historica. Illam quidem, quae ad nostrum propositum maxime spectat, Agesilai vitae descriptionem recte mihi Manso ad optimorum Plutarchi librorum numerum videtur ascripsisse. Hic enim, quamquam pariter ac Nepos saepius laudationis istius ut Xenophontae verbis usus est, tamen, cum alios quoque optimosque veteres historicos velut Ephorum Theopompum Callisthenem Theophrastum Duridem Samium, ipsum Xenophontem atque etiam publicas Lacedaemoniorum tabulas adhiberet, id effecit, ut non solum describeret sed etiam aequus existeret iudex et aestimator. Solidam igitur et expressam Agesilai morum atque ingenii effinxit imaginem, quacum consentaneum est comparare quae Xenophon tradidit.<sup>21)</sup> Qua in re cum uter-

<sup>20)</sup> De Diodori negligentia (apud Mansonem p. 14) omnes critici consentiunt, qua autem ratione veterioribus historicis usus sit vehementer discrepant. Quod Collmannus et Volquardsenius (in dissertt. de Di. „fontib.“, Marb. 1869 et Kiel. 1868) consentientibus Breitenbachio (Xs. Hellen. vol. II, p. LXXV) Vollbrechtio (l. l. p. 19) aliis disseruerunt Diodorum non ex ipsis Thucydidis vel Xenophontis scriptis sua hausisse, sed per Ephori inde rivulos educta in suum usum convertisse, id verum esse ex parte negat Nitschius (l. l. p. 943 sq.): „ich vermisste den beweis, dass Ephorus je den X. benutzt habe“. Qua de re cf. adn. 21. — Ceterum Theopompum constat Xenophontis Hellenica adhibere; cf. quae C. Muellerus in fragm. hist. Gr. I de Theopompo p. LXV. sqq., de Ephoro p. LVII sq. imprimis de utriusque fide et auctoritate protulit. Ad Agesilai vitam spectant ex Ephori fragm. nominatim ibi ascriptis 127. 130. 133. 138, ex Theopompi 11. 23. 24. 120. 268. 291. 292.

<sup>21)</sup> Mansonis iudicium l. l. p. 13. Contra Hauptius l. l. p. 3: „Nepos, Plutarch u. Pausanias... als historiker wesentlich unkritisch... — Praeter Plutarchi Agesilaum etiam quae eiusdem nomine feruntur Apophthegmata et reg. et imp. et Laconica caute esse comparanda nemo ignorat, de quibus cf. Wyttenb. animadvers. in Plut. Mor. II, 315 sqq. 405 sqq. — Plutarchus, quibus auctoribus usus sit, accuratius quam Diodorus videtur referre; quos supra nominavi ipse in Agesilao nominat (de quibus cf. etiam Schneideri praef. in Xis. Hell. p. XII sqq.), praeter Ephorum, ad quem tamen in Lysandri vita (cap. 30) remittit. Nihilominus multi viri docti idem de eo quod de Diodoro iudicaverunt: non ab ipso Xenophonte vel Thucydide eum mutuari sed ab Ephoro potissimum, qui utrumque exscriperit maximeque Xenophontis errores saepius emendaverit. cf. Campium (nov. ann. ph. 105, p. 712 sq.) et triumviros illos qui de singulis vitis Plutarcheis subtilibus eiusdem anni dissertationibus exposuerunt, H. Sauppium Stedefeldtium Ruehlium (dissertt. de Plut. Pericle, Lysandro, Cimone, Gotting., Bonn., Marb. 1867), praeterea

que scriptor plane diverso scribendi consilio genere ratione usus sit, id maxime providendum videtur, ne una ut dicitur pertica tractemus neve eodem modo metiamur Plutarchum atque Xenophontem. Namque illi, cum quatuor fere saeculis post omnino expers illius aetatis studiorum ac factionum res sine odio et sine invidia examinaret aequoque animo inter se compararet, multo sane facilius ad certum aliquod liberumque iudicium pervenire licuit, quam eis qui ipsi, ut Xenophon, continuis illis infelicis Graeciae factionibus bellisque luctuosis implicati erant. Idemque praeterea non universam unius aetatis historiam componere statuerat, sed singulorum diversae aetatis illustrium virorum vitas ac mores non modo describere verum etiam iudicando inter se conferre.

Contra de Xenophonte ii rectissime iudicare mihi videntur, qui eum negant in rebus describendis unum et certum aliquid propositum habuisse. Cuius ingenium cum omnino ab historiae *πραγματικῶς* ut dicitur scribendae ratione ab illaque in causis rerum gestarum indagandis sagacitate abhorreret, qua Thucydides praeter ceteros omnes eminuit, non magnum hic rerum nexum perspexit, sed in singulis potissimum factis haerens illa vel ex propria ingenii indole Socratica disciplina aucta vel ex artis militaris ratione iudicabat. Socratis enim magistri praecepta cum omnibus in rebus ad vitae usum convertere studeret, quae ad certos vitae casus certaue officia pertinerent, ea semper ita spectabat, ut quae cum illis coniuncta esse et copulata cerneret, ea potissimum repraesentare vellet. Recte igitur Cicero eum a philosophia Socratica profectum historiam scripsisse testatur. — Accedit quod plurima, quae quidem in historia Graeca retulit, ipse viderat, multis rebus praesens interfuerat, hominum quos describit magnum numerum de facie noverat atque etiam, quod hoc loco magni momenti est, cum ipso Agesilao amicitiam habebat. Omnino enim eum ut Socraticum in historia narranda universam vivendi et sentiendi rationem secutum praeter ceteras Spartanis rebus operam dedisse, Lacedaemonios maxime duces tamquam virtutum exempla laudibus extulisse quis est qui neget? — Denique totum librum verisimile est non una continuatione, sed pluribus temporis intermissionibus commentariorum potissimum ratione nativo quodam et simplici scribendi genere ab eo scriptum esse neque tamen extrema ut dicitur manu elaboratum et tamquam elucubratum.<sup>22)</sup> — Ex hac autem et libri dispositione et scriptoris indole atque natura intellegenda esse viri docti contendunt, quaecumque vel laudanda essent, ut vigor ille ipsiusque vitae spiritus quem legendo hic illic percipere nobis videremur, vel etiam vituperanda; quorum vitiorum gravissima esse, quod materiam male dispertiverit; quod alias res nimis breviter tetigerit, in aliis narrandis modum transierit; quod omnino rebus mari gestis, etiam quae maximi momenti fuerint, magis quam par sit neglectis bellorum eius aetatis rationem in historia plane perverterit; denique, id quod ad nostrum propositum maxime spectans fere solum mihi investigandum erit — quod nimio illo quem laconismum Graeci dicebant in Lacedaemonios favore atque in primis unius Agesilai amore eiusque gloria deceptus quasi et obcaecatus, non solum huius imaginem plane falsam proposuerit sed etiam in ceteris rebus narrandis distortam suae aetatis effigiem praebuerit atque multis ex partibus depravatam. — Qua in criminatione multos huius temporis criticos constat Niebuhrium

Frickium (de Plut. Nicia et Alcibiade, Lips. 1869) et Gilbertum (de Plut. Theseo, Philol. vol. 33, p. 46 sqq.). Qui in eo omnes consenserunt Plutarchum unum maxime auctorem ducem sequi solere. Qui dux si in vita Agesilai scribenda non ipse Xenophon fuisset sed Ephorus — id quod Vollbrechtius quoque censet p. 19 sq. 39. — certe Plutarchus, ut qui Xenophontis emendatorem et correctorem exscripsisset, Xenophonti praeferendus esset! Sed tamen ipse V. (p. 42, adn. 1) concedit in pugna Coronensi describenda Xenophontem, quamquam discrepet a Plutarcho, tamen non ex hoc esse emendandum! Atque omnino plane aliter atque illi critici Buechsenschuetzius demonstrare studuit (nov. ann. ph. 103, p. 217 sqq.) Plutarchum, cum ex variorum scriptorum variis libris res narrandas exciperet compilaret retractaret, sine dubio ex ipsa quoque Xenophontis historia Graeca exscripsisse, cuius historiae formam — id quod in Grosserum (cf. adn. 11) scriptum est — illo tempore fere eandem fuisse quam nos haberemus. Obloquitur isdem criticis etiam Nitschius l. l. 944: „die behauptung, dass Plut. den X. nicht unmittelb. benutzt habe, ist entsprungen aus einer willkür. gebildeten meinung v. d. art seiner schriftstellerei, vor allem der, dass er nie aus excerpten gearbeitet habe... aber die biographien Plutarchs... sind nicht alle auf dieselbe weise entstanden, sondern auf verschiedene, je nach der verschiedenheit des quellenmaterials u. viell. auch nach den stadien seiner schriftsteller. tätigk. — Equidem, cum aliquanto spinosius critici res tractasse mihi videantur, nulla opinione praeiudicata ductus, Plutarchea scripta ita adhibebo, ut illis quas supra posui rationibus usus comparem Plutarchea cum Xenophontis atque in singulis rebus uter utri praeferendus sit, quam diligentissime demonstrare studeam.

<sup>22)</sup> Cauerus l. l. p. 6 sq., Buechsenschuetzius in edit. p. 5. rectissime demonstrasse mihi videntur Hellenica non esse librum unum et simplicem, sed ex longiore temporis spatio plures deinceps complecti commentarios plus minusve limatos; cf. Wyttenb. ecl. hist. X. Nicolaium nov. ann. ph. 89, 923: nicht eine planvoll gegliederte geschichte, sond. e. höchst schätz. materialiensammlung... nicht e. buch m. einheitl. bewusster tendenz, sond. e. zwangloses.. tagebuch. — Quae sint diversae libri partes — quam quaestionem difficillimam ad meum propositum minus spectare facile intelleges — vide in G. Saupp. praef., qui recte scripsit rem minoris esse momenti quam in tanta copia dissertationum vulgo credi videretur. cf. etiam Breitenb. edit. 1873 sqq. Nitschium in diar. gymn. voll 1. 28. 30. 31. —



principem secutos eo progressos esse, ut non propter imbecillitatem animi, quae indolis excusatione tegi potest, sed consulto eum contenderent deque industria ac cupide officio historici violato saepissime Lacedaemoniorum gratia verum convertisse in falsum iudiciaeque cum ira et studio dixisse. Quid? quod in historia Graeca nihil inesse dixerunt nisi Spartanorum vel Agesilai laudes; hic quae gesserit semper amplificari, huius gloriam in astra tolli; contra alios et imprimis adversarios regis extenuari atque depravari. Quid igitur mirum quod nonnulli eum malitiae fallaciae perfidiae incusare non veriti sunt! <sup>23)</sup> Mitiore quidem iudicio alios usos invenimus velut Schneiderum, qui aperte ingenii eius venustatem, animi simplicitatem, honestatis amorem, pietatem in deos non minus laudavit quam purum illud et elegans scribendi genus, in quo verissimam nos animi ingenii morum scriptoris imaginem expressam haberemus. Nihilo minus idem iudicavit Xenophontem illi in Lacedaemonios inclinationi, quem a Socratis familiaritate traxisse videretur, nimis saepe indulgisse. Quo factum esse ut omnia quae ad Lacedaemonios et maxime ad Agesilaum spectarent multo accuratius et minutius enarraret, quam quae ab ceteris Graecis gesta

<sup>23)</sup> De Xis et defensoribus et adversariis G. Saupp. l. l. qui ipse in vol. I, p. XIII sq. Xem laudat ut virum humanum probum, deorum cultorem, de rebus humanis aequo et proprio modo iudicantem, qui vere se Atheniensem virum praestiterit, non nimis vituperandum quod invidia civium [pariter atque Aristides Themistocles Cimon Thucydides!] exilio affectus, popularis imperii licentia parum probata, homo antiquae disciplinae tenax Socraticaeque institutione ad Laconicarum rerum studium adductus aliquamdiu alienum patria animum habuerit, utpote qui apud Lacedaemonios magis religionem ac virtutes excoli arbitraretur quam apud eos, qui Socratem supplicio affecissent! Atque etiam librorum scriptorem Xem idem dicit probum neque irae quidquam neque studio tribuentem neque se rerum quas narret graviore vi et efficacia ad orationem supra modum commotam abripi patientem. Queritur quidem (vol. IV, p. IX) parvum esse hodie laudatorum numerum, tamen id dicere posse sibi videtur (I, p. XIV) vix quemquam ausum esse contendere falsa narrari a Xenophonte! Quam viri doctissimi sententiam, quamquam aequissimum criticum iustissimumque iudicem prodit, tamen aliqua ex parte in errore esse ex eis patet, quae de Xenophonte indicata esse supra attuli. Ex quibus iudiciis parvam *ἀνθολογίαν* quae dicitur eligere propterea iuvat, ut appareat quem ad modum huius aevi critici, quos nemo ignorabit quantopere deceat moderatos esse, odio et ira efferberint in damnando eo historico, de quo Dionysium Halicarnassensem, et ipsum cognitae auctoritatis criticum, constat iudicavisse: *ἦθος ἐπιδείκνυται θεοσεβῆς καὶ δίκαιον καὶ καρτερικὸν καὶ εὐπειθὲς ἀπάσαις τε συλλήβδην κακομακρῆνον ἀρεταῖς*. Niebuhrius quis non videt quantum odium (l. l. p. 466) prae se tulerit cum scripserit: „Wahrlich einen ausgeartetern sohn hat kein staat jemals ausgestossen als diesen X. — da findet man die hassenswürdige tücke des renegaten, der in seiner ärgerlichen vergötterung des spartan. mumienwesens ergraut etc. — Gompfius (Sicyoniae. spec. I, p. 42) Xem „hominem malae mentis mali animi omni sinceritate privatum“ dicit. — Volckmarus (de Xis Hell. Gott. 1837) quamvis Gompfio obloquens tamen se desiderare in Xe. dicit animum historici incorruptum iustum ira et studio liberum; etenim caecum Spartanorum et Agesilai amorem efficere saepissime ut veritatem posthabeat adulteret taceat (p. 43). Mirum tamen in modum secum pugnavit idem eius mores laudat (p. 7 sq.), veritatis eum studiosum fuisse concedit (p. 36), contra Schneideri quam dicit iniquitatem defendit (p. 40 sq.). Koechlyus (akad. vortr. Zür. 1859) Niebuhri iudicium iustum cum dicit hoc addit: es ist kläglich... wie X. seine blinde hingebung an den lacedämon. korporalstock bis zum blödsinnigen untertanenverstand steigert... den Lacedaem. wird es schwer an solchen knechtssinn des Atheners zu glauben. — Curtius (Gr. Gesch. III, 762): Xenophon seiner parteilichkeit wegen durchaus unzuverlässig. Er entstellt die geschichte, jedes glück Thebens ist zufall, jeder erfolg des Ages. verdienst etc. Aequiora quidem de eodem idem iudicia fecit p. 138 sqq. 496 sqq., Xilaudes suas non detrahit, tamen dicit eum „in allgemeinen angelegenheiten schwankend u. unselbständig“, reprehendit eius caecum qui dicitur agesilaismum. — Vollbrechtius (nov. ann. ph. 109, p. 188): Xs. wahrheitsliebe unterliegt überhaupt starken zweifeln; in dissert. c. p. 45 sq. per ambages significat Xem „laconismo ductum patriae invidisse, Agesilai studio motum Epaminondae Pelopidae Iphioratis gloriae obtrectasse; non ita eum comparatum fuisse ut „sine ira et studio“ historiam posset scribere, ut de magnis omnibus viris iusta faceret iudicia. Quid quod ne in Anabasi quidem eum vera dixisse contendit! aut falsa eum tradidisse aut vera omisisse, cum se solum principem, se unum ducem prudentem fingeret. Sed criticum, cum concedat (p. 42, adn. 1) „vix sumi posse Xenophontem consulto falsa tradidisse“, secum ipsum pugnare apparet! — Nitschius l. l. vol. 28, p. 947: man kann sich des argwohns der absichtlichkeit bei Xs. schriftstellerei nicht erwehren. cf. quae supra p. 5 attuli. — Ipse Hertzbergius, quamquam aequius iudicans, tamen reprehendit (p. 220): das interesse Xs. an d. Ages... hat ihn bekanntlich zuweilen verleitet... durch bald offene bald versteckte herabsetzung der gegner... oder durch „zweckmässige“ verschwiegenheit — quod utrumque nisi consulto fieri non potuit! — den pflichten des geschichtsschreibers untreu zu werden. — Busoltius (nov. ann. ph. suppl. 7, p. 660 sq.): durch den ungläublich beschränkten gesichtskreis dieses officiösen scribenten des lakedäm. hauptquartiers [!] wird d. hellen. gesch. immer mehr zu einer ganz einseitig peloponnesischen. v. Gutschmid meint mit recht, dass man bei X. wie bei einem jesuitischen schriftsteller nichts gelogenes lese, dass aber die wahrheit verschwiegen werde. — Tamen vir doctus fere sexagies de gravioribus rebus facere non potest quin ad Xem revocet, eum laudet, ceteris scriptoribus praeferat; quod praeterierit ille res mari potissimum ab Atheniensibus gestas duodecies queritur; eum de veritate deflexisse ne semel quidem evincere potuit! — Quod Breitenbachius scripsit (l. l. II, p. LXV adn.): in der aufspürung hässlicher züge in Xs. charakter leisten Grote u. Sievers, u. ihnen folgend Nitsche u. Schambach, ungläubliches — nescio an paulo acerbius dictum sit. Ceterum Sieversii et Schambachii scriptis uti mihi non licuit. Grotius quidem facere non potest quin quam saepissime Xi aliquid insigne faciat cf. vol. V, p. 78 adn.: d. parteilichk. für Sparta, d. groll gegen d. Thebaner... abscheulich.

sint. Id quoque nominatim vituperat, quod omnes critici maxime indignati sunt, Xenophontem res ab Epaminonda tam praeclare gestas vix primoribus ut dicitur labris attigisse in eoque laudando omnino parciolem tum demum nominavisse, cum nomen eius diutius taceri non liceret.<sup>24)</sup>

Quae cum ita viri docti disputent, primum omnium quaerendum mihi videtur, num merito illud Xenophonti, quod studuerit Lacedaemoniis et maxime Agesilao regi, verti crimini debeat. Deberet autem, si illud studium impedivisset quominus aut ipsos aut ceteros Graecos aequae ac iuste iudicaret atque omnino quam verissime scriberet; deberet etiam, si prae illo qui dicitur laconismo vel agesilaismo communem patriam debita caritate amplecti desiisset. Quaerendum igitur erit, ipse utrum vere φιλέλλην fuerit necne.<sup>25)</sup> Haec autem disputatio artissime coniuncta est cum altera de Agesilao, viro huic quidem amicissimo, num item dici possit φιλέλλην. Atque illam quia disceptare non poterimus, nisi de omni omnium Lacedaemoniorum in communem patriam ratione ac voluntate eandem quaestionem instituerimus, ab hac orsi rem deinceps tractabimus.

## CAP. II.

### De Spartanorum in ceteros Graecos voluntate consiliis ratione.

Agesilaum communis patriae amantem fuisse qui laudationem composuit his verbis scripsit (VII, 4): εἶγε μὴν αὐτὸν καλὸν Ἕλληνα ὄντα φιλέλληνα εἶναι, τίνα τις οἶδεν ἄλλον στρατηγόν etc. Quam laudem non prorsus regi denegandam esse cum et egregius ille ex Britannis rerum Graecarum scriptor Grotius et doctissimus ille, quem iam laudavi, Agesilai vitae scriptor Hertzbergius censuissent, vehementer hanc sententiam acer ille, quem ipsum nominavi, criticus L. Herbstius ita refutare studuit, ut mirum sane in modum secum ipse pugnans regem omnino accusari non posse, potius maxime defendendum propterea esse contenderet, quia nullo modo fieri potuerit, quin Agesilaus, ut homo Spartanus omnis in universam Graeciam amoris expers, reliquorum Graecorum

<sup>24)</sup> Similiter ac Schneiderus vel aequiora iudicia dixerunt vel defensorum partes egerunt alii, quorum numerum novissime augeri Hauptius censet (l. l. p. 3): „X. scheint als historiker in neuerer zeit ein günstigeres urteil zu finden als früher“. Ipse censet: ein unbedingt sicherer führer ist er freilich nicht, aber in einigen teilen im ganzen zuverlässig [cautissime dictum!] wenn man seinen „agesilaismus“ mit in abrechnung bringt; in andern so vollständig parteiisch etc., quod ad Thebanos potissimum spectare vir doctus contendit. Nihilominus de ipso Agesilao describendo concedit: „nichtsdestoweniger ist auch für diese partie durchaus zutreffend, was Breitenbach v. den beiden ersten büchern urteilt, dass... wo über tatsachen, zustände, personen zwischen X. u. a. gewähsmännern differenzen obwalten, die Hellenika den ausschlag geben.“ — Mirum sane in modum laus mixta obiurgationibus! Quae num iustae sint videbimus! — Ex eis, qui cum Sauppio consentientes Xis. veritatem aequitatem et communis et propriae patriae caritatem defenderunt paucos laudo. Medium quiddam tenens aequum iudicium fecit Lachmannus (hist. Gr. II, 21): seine gesch., obwol er seine parteilichk. für Sp. u. gegen Theben so offen zur schau trägt [sane aliter atque Hertzberg. alii!] gewährt durch d. fülle u. genauigk. der tatsachen, sowie durch s. wahrheitsliebe, welche auch durch s. polit. vorliebe nicht zu unterdrücken war, dem forschenden selbst die mittel jene fehler zu verbessern. Auch war es dem, der selbst v. Spartanern und spartan. gesinnten seine meisten nachrichten erhielt, schwerlich möglich in d. geiste freier objectivität zu schreiben. — W. Onckenius recte existimavit (Isokr. u. Ath. 28) vel a Laconicae disciplinae admiratore posse reprehendi quidquid Lacedaemonii foede egerint. Quod in Xem cadere quis negare audeat? Kruegerus scripsit (hist.-phil. stud. I, 249): „er liebte wol immer seine vaterstadt, wenn auch n. den pöbel derselben, u. war wie jeder Athener stolz ein Athener zu sein.“ — H. Keckius rectissime mihi iudicasse videtur (nov. ann. ph. 83, 131): einigung v. Hellas unter lakedämon. führung gegenüber dem erbfeind, dem Perser — das war die patriotische idee, der X. bis zu ende seines lebens treu geblieben ist. Adversus quem si Cronius (ib. p. 443) praeter Nieubrium ad Mommsenium quoque revocat („ein urteil... durch autoritäten wie N., M. hinlängl. empfohlen“), hunc criticum constat quamvis celebrem doctum subtilem tamen neque in Romanis rebus describendis neque in nostris rebus publicis iudicandis sine ira et studio iudicia dixisse! — Egregie ille, quem in adn. 22 laudavi, Nicolaius l. l. de Xis moribus disseruit; non tacet culpam eius quod ad Cyri ἀνάβασις socius se applicaverit, sed docet quanta parvi eius peccati merces ei a popularibus data sit [exilium recte ut mihi videtur, dissentiens a Grotio V p. 141, ad ann. a. Chr. 399 refert], demonstrat nihilo minus eum et sibi constitisse et patriae caritatem retinuisse. — Defensorum partes egerunt etiam Schimmelpfengius (diar. gymn. Ber. 1863, pag. 155; progr. Pfort. 1870, p. 41: X. erscheint in d. Anab. — quam Scyllunte constat scriptam esse — als ächter patriot, der gern d. kräfte d. gesamten vaterlandes gegen d. barbaren aufbieten möchte), Beckhausius (diar. gymn. 1872, p. 260 sqq. zeigt doch der verbannte X... kaum missmut gegen d. Athener die den Sokrates getötet hatten! Seine vorliebe f. Sp. teilt er m. Platon u. den edelsten geistern in Athen; wer kann ihn desh. anklagen?.. in dem freundl. zusammentreffen v. Sp. u. Ath. erblickte er ds heil f. Griechenld), denique acerrime atque egregie Breitenbachius in edit. noviss., ad quem infra saepius revocabo.

<sup>25)</sup> Hoc tum fieri potuisse negat Cronius l. l. p. 438: Ich zweifle ob sich damals beide eigenschaften, panhellen. gesinnung u. vorliebe f. Sparta, gut mit einander vertragen.



salute libertate iure plane neglectis, vel cum illorum detrimento ac pernicie deberet omnia referre ad unius Lacedaemonis commoda. Quod enim Hertzbergius aliique critici iudicarent Agesilaum tum demum, cum ex Asia domum revocatus civilibus Graecorum bellis implicaretur, magis magisque a superiore virtute veroque communis patriae studio degeneravisse,<sup>26)</sup> apertum potius et manifestum esse hanc ipsam, quam illi depravationem animique turpificati foeditatem dicerent, in natam fuisse Lacedaemoniorum naturam inveteratumque totius civitatis ac reipublicae malum, quod malum ipsis Lycurgi legibus confirmatum per omnem rerum Spartanarum memoriam moribus institutis condicionibus augeri videremus. Itaque Agesilao nihil aliud vel vitio vel laudi dandum esse, quam quod ipse omnibus et vitiis et virtutibus suis per omnem aetatem merae Spartanae indolis imaginem eamque quam maxime solidam et expressam praebuerit.<sup>27)</sup>

Quae sententia si ab omni parte vera esset, multa certe in Agesilao excusanda esse quis negaret? nam contra naturae insitae legem quis facere potest? Nihilo secius totum hominem eadem ratione damnandum inveniremus, qua omnem Lacedaemoniorum rem publicam, omnem eorum agendi rationem voluntatem consiliaque, quae quidem Herbstius depinxerit, pessima foedissimaque fuisse appareret.<sup>28)</sup> Sed criticum doctum, quamvis multa vera protulerit, tamen aliquanto severius iudicasse neque ab omni parte rem ponderasse mihi quidem persuasum est. Cuius argumenta ex

<sup>26)</sup> cf. apud Grotium (edit. Meissneri V p. 599 sq.): Der ruhmvollste teil des lebens des Ages. . . in seinen drei asiat. feldzügen . . . unter perserfeindl. impulse. — Er war hier mit einem panhellen. zwecke beschäftigt. — Addo, quod supra omiseram, Grotium laudationem Agesilai Xenophonteam putare, p. 194 adn. 29 et saepius. — Ceterum Agesilaus ex quo tempore sit depravatus et quomodo inter Grotium et Hertzbergium discrepat; cf. l. l.: Hier (cum A. revocaretur) erreichte d. panhellen. gesinnung u. der wahrhaft ehrenwerte ergeiz des A. sein ende. Er wurde zurückgerufen . . . kam aber als ein ganz anderer mensch zurück. G. r. igitur regem plane alium subito factum esse describit, cuius tamen tam subitae immutationis quae fuerint causae non satis exponit; nam quod scripsit p. 247: A. hatte seine rückberufung mit heft. ärger u. getäuschter hoffnung erhalten, zu gleicher zeit jedoch m. patriotischer unterwürfigkeit — ad explicandam rem non sufficit, praesertim cum ipse addat: mit d. verdrusse des A. können wir aufrichtig sympathisieren. — Contra Hertzb. regem usque ad Antalcidae pacem *quίέλληνα* fuisse censet, qua ex pace cum summam rerum Graecarum tum Agesilai mores sensim et paulatim in peius vertisse, cf. p. 127. 215: das traurige schauspiel allmählicher unablässiger entartung eines v. hause aus vortrefflichen charakters; paulo aliter p. 216: die bisher ungeprüfte tugend dieses königs zu schwach, um den entsittlichenden einflüssen der hellen. bürgerkriege seit d. schlacht v. Koroneia stand zu halten.

<sup>27)</sup> p. 675 sq.: Die Lakedaemonier mussten in A. den ganzen vollendeten ausdruck ihres eigensten wesens erkennen, nicht etwa einer entarteten zeit [cf. Hertzb. p. 216], sondern das treueste abbild des eigentl. gesamten Spartanertums, den ins leben verkörperten spartanischen geist, den einen für alle. — . . . das was für eine entartung dieser zeit gilt, ist grade als charakter aller zeiten Spertas, als das immer wiederkehrende und stets gewesene darzutun. — Hält man, was lakedaemonische hegemonie und politik ist, mit dem verfahren des A. zusammen, so wird man nur finden, dass er Spartaner ist und von dem seinen nichts hinzutut! — De ipsa autem Spartanorum indole haec profert p. 714: „die gesetzgebung war dazu angetan, die ursprüngliche bergsnatur zur tierischen wildheit und grausamkeit anzutreiben. — p. 723 sq.: Ob ein Archidamos, der es für *ἀνετίθρονον* erklärt mit dem erbfeinde, dem Perser sich zu verbünden [cf. Thuc I, 82, 2], oder ein Chalkideus, Therimenes oder Lichas, die jeder es wirklich tun, oder ob ein Brasidas oder Lysandros, die Hellas, wo es dienen kann, zur autonomie aufrufen (Xen. Hell. III, 5, 18), oder ob Antalkidas oder Agesilaos an der spitze des staates standen: dies mittel [dicit pacem foede ad Antalcidae pacis exemplum constituendam] brauchten sie nicht erst in besonderer diplomatischer feinheit als etwas neues aufzufinden oder als einen für Sparta unerhörten frevel am Hellenentum einer eigentümlichen gewissenlosigkeit abzugewinnen: es war eben die Sparta eingewachsene, mit ihm gewordene, aus seinem charakter, seiner verfassung, seiner politischen lage von alters her zusammengeschweisste politik, die leider eben so gut zu ihm gehört wie der Eurotas und der Taygetos sein eigen sind.“ — Heu miseros Lacones, quorum in capita vir doctus quidquid ipse irarum concepit tam intemperanter effudit! At tale iudicium nonne spectare videtur ad illam, quam hoc tempore increbrescentem videmus, omnia humana in malam partem accipiendi rationem, in quam adducti multi scriptores et critici et philosophi omnium saeculorum nationum populorumque res gestas nihil fuisse contendere solent nisi cupiditates et libidines et fraudes et caedes, nihil nisi foedissimam vitiorum scelerumque seriem? An vir doctus, cum ad unum omnes Spartanos in eandem ut dicitur copulam coniciens, propria singulorum ingenia ac mores nihil momenti habuisse, contra universae civitatis rationem rei publicae summam tantum valuisse dicit, ut singuli dirae cuidam necessitati caeci servirent, ut nemo amplius suo arbitrio uteretur, sed omnes velut inanimes machinamenti cuiusdam particulae solo externo publico corporis pulsu agerentur — haec igitur cum profitetur, non in eorum sententiam fere delabi videtur, qui nihil esse nisi corpora rati animos viventes liberaque arbitria negant?

<sup>28)</sup> p. 675: Ist diese tat [dicit Antalcideam pacem] eine solche, die mit ganzer notwendigkeit aus der innersten natur des spartan. staats wie ein spross aus seinem stamme hervorgeht, d. frucht seiner organisation von anfang an, das stets sich wiederholende resultat seiner v. alten zeiten her ererbten u. im merdar befolgten politik . . ., so fällt das verdammungsurteil, dem die tat nicht entgegen kann, anderswohin, nicht auf den einzelnen bürger, sondern auf den staat selber. — Similiter, ut superiores transeam, nuper iudicaverunt Cronius (l. l. p. 438: wie wenig Sp. zu einer panhellen. politik geneigt u. befähigt war, zeigt . . . schon vor den Perserkriegen etc.), Vollbrechtius (cf. adn. 6), Kaegius (Krit. Gesch. d. spart. staats v. 500–431, nov. ann. ph. suppl. 6), cuius de sententia infra disseram.

omni rerum Spartanarum historia subtiliter conquisita cum omnia perquirere singulaque refellere hoc loco longum sit, rem ita conficere conabor, ut quae ipse de Spartanorum civitate sentiam, ea argumentis ac rationibus cum ex veteribus tum ex recentioribus historicis eisque optimis depromptis confirmem. Quam digressionem ab adversariis mihi quasi inculcatam si quis longiorem existimaverit, considerato quaeso, ad unum aliquem hominem iudicandum quanti momenti sit accuratius confirmare quid de universis eiusdem gentis hominibus iudicandum videatur.

Et primum modum excedere mihi videntur, quae H. de concilio Peloponnesiaco principatuque Lacedaemoniorum hisce verbis profert (p. 705): „durch den charakter und das verfahren der Spartaner wird die hegemonie, welche sie über den Peloponnes führen, nur eine andere art der ἀρχή. p. 706: nach ihrem eignen privateninteresse richten die Spartaner bei ihren bundesgenossen die staaten ein . . . für δίκαιον gilt ihnen, was ihnen ἀφέλιμον ist, das ist ihre norm im verkehr mit allem was nicht speciell Spartaner ist.<sup>29)</sup> Quae, ut vere in Lacedaemonios caderent, tamen nequaquam ad eorum tantum indolem, sed eodem iure ad Atheniensium rationem referenda essent, cum illos ipsos quoque maritimum suum imperium coercenda quam maxime sociorum libertate obtinuisse constet. In eam rem relego ad illustrissimum nostrum Graeciae historiae scriptorem E. Curtium, quem Atheniensibus amicissimum esse nemo negabit, qui Periclis de sociis opprimendis sententiam cum aliis multis argumentis tum ea ratione defendere studet, ut Lacedaemonios haud aliter egisse dicat.<sup>30)</sup> Nihilo minus eundem ipsum historicum, cum eodem loco aequae atque Herbstius Peloponnesiacorum libertatem et ἀντρονομίαν nihil fuisse dicat nisi verba, vehementer secum ipsum pugnare ex permultis eiusdem libri locis manifestum est.<sup>31)</sup> Ceterum omnium Graecorum foederum et sociorum quae potissimum ratio ἀντρονομίας fuerit, etiam clarius perspicui potest ex illa, quam supra nominavi, Busolti dissertatione (cf. adn. 23 extr.). Ex qua hoc

<sup>29)</sup> Virum doctum ipsa verba Atheniensium ex Thucyd. I, 76. V, 105 posuisse apparet. Quid? criticine est, si quid hostes de Lacedaemoniis dixerint, id suum facere? cf. adn. 37.

<sup>30)</sup> Gr. Gesch. ed. III vol. II p. 150 sq.: Der delische bund war auf rechtsgleichheit gegründet, aber das princip war nicht durchzuführen. Athen wurde genötigt — vide quantum defendendi studium! — immer eigenmächtiger zu verfahren; die verhältnisse brachten es so mit sich! — De aerario foederis Athenas translato: damit war auch der letzte schritt einer gleichberechtigten eidgenossenschaft aufgehoben . . . p. 215: Perikles vertrat mit voller entscheidendheit d. ansicht, dass man mit der scheinbaren selbstständigk. der kleinstaatn keine umstände machen müsse. Es giebt ein recht des stärkeren, das in der politik seine berechtigung hat [nonne etiam ad Spartanos referendum?]. . . Perikles . . . grundsatz, dass Athen keine verpflichtung habe, den bündnern rechenschaft zu geben . . . So wurden freilich d. beiträge zu tributen, d. bundesgenossen zu untertanen, die insel- u. küstenstädte zu provinzen . . . auch in den inneren angelegenheiten wurde den bundesgenossen d. souveränität entzogen . . . man richtete auch die verfassungen der staaten den interessen Athens gemäss d. h. demokratisch ein und liess d. bürgerl. zustände durch besondere commissarien fortwährend beaufsichtigen.

<sup>31)</sup> ib: „Auch im peloponnes. bunde war ja die selbstständigk. der bündner trotz alles rühmens der Sp. eine blosseredensart und wenn — animadverte repugnantiam! — sich dort mehr selbstständigk. erhalten hatte, so lag der grund mehr in der schwäche Spartas, als in seinem guten willen. — Qua in re quantopere vir doctissimus secum ipse pugnet ex eis apparet quae scripsit I, 211: Sp. strebte n. mehr darnach der einzige staat der halbinsel zu sein, sondern nur d. erste, statt der beherrschung der schwächeren staaten wurde die führung derselben sein ziel. Gegen d. missbrauch seiner macht schützten beschworene verträge, über denen d. olymp. Zeus wachte, und man hatte grund anzunehmen, dass Sp. seine eroberungsgelüste für immer überwunden u. d. grenzen seiner territorialherrschaft in weiser mässigung erkannt habe. — Quae, etsi ad superiora tempora spectant, tamen ad posteriora quoque referenda esse cum ex eis apparet, quae supra (p. 13) ex Busolti dissertatione attuli, tum ex his eiusdem Curtii verbis (I, 261): Die Sp. hatten keine vorörtl. stellung derart, dass sie durch dieselbe berechtigt oder verpflichtet gewesen wären, die verfassung der halbinselstädte zu controlieren [cum quo cf. adn. 30 extr.]. Diese hatten im innern ihre volle autonomie. — 265: Sparta musste für alle zeit [!] den gedanken aufgeben, die ganze halbinsel u. ihre grossen seestädte in die starren fesseln einer dorischen ordnung einzuzwängen. Es lag auch nicht im charakter der Dorier, sich um mehr zu bekümmern als nötig war; sie begnügten sich, wenn die staaten ihren eidgenössischen pflichten nachkamen. — So wurde Sparta die wahre hauptstadt der halbinsel, der mittelpunkt einer eidgenossenschaft, in welcher feste gesamtordnung mit freier bewegung der bundesglieder möglichst vereint war.“ p. 366: seine macht beruhte auf dem moralischen ansehen, welches der lykurg. staat sich errungen. — Alia profecto atque Herbstius depinxit imago! Cuius critici sententia eo quoque refutatur, quod apud Lacedaemonios saepissime — pariter atque in aliis civitatibus — singulorum egregiorum hominum ingenia atque auctoritatem multo plus valuisse videmus, quam universitatis rationem. Moneo de superbo illo rege Cleomene, de quo recte Kaegius (p. 440): Kl. war zieml. unabhängig u. unumschränkt geworden u. kümmerte sich wenig mehr um spartan. sitte, ja selbst um gesetze . . . entgegen aller spartan. tradition wollte er etc. (cf. Curt. p. 366. Müller. „Dorier“ I 2 p. 173 sq.); moneo — ut multos alios praeteream — de Pausania, de Leotycheide, de Brasida, de Lysandro. — Sed etiam singulorum sociorum vis et auctoritas in foedere Peloponnesiaco quantum valuerit ex multis exemplis dilucide perspicui potest. Lacedaemonii, quamquam eodem Cleomene auctore omnia conati sunt ut sociorum corpus ad bellum Atheniensibus inferendum incitarent, tamen sociis, Corinthio Sosiele potissimum repugnantibus nihil effecerunt. Herod. V, 92 sq. cf. Curt. p. 367: Die peloponn. staaten hatten keine lust . . . der bundestag löste sich auf unter entschiedenem widerspruch . . . —



loco ad refutandam Herbstii sententiam nostram confirmandam haec afferre iuvat. Quod H. Laecedaemoniis crimini dat, quod suo imperio sine ulla exceptione socios parere coëgissent (p. 710: „Die unbedingte heeresfolge, wenn Sparta gebot, gehörte eben zu den grundprincipien der spartanischen hegemonie“ —), multo rectius Busoltius edocet (p. 694): „Unbedingter gehorsam war zur aufrechterhaltung der disciplin und actionsfähigkeit eines bundesheeres durchaus notwendig, er musste mit der bundesgenössischen autonomie vereinbar sein, wenn der bund überhaupt leistungsfähig sein sollte. In der tat hielt man einen solchen gehorsam mit der autonomie vereinbar.“ (cf. Thucyd. V, 60 cum 71. 79). — Quae H. de Peloponnesiaco concilio dicit (p. 707): „die allgemeine beratung aller bundesglieder musste für die sache selbst als überflüssige form erscheinen“ — atque paulo post: „die Spartaner, nicht die bundesgenossen entscheiden und die Spartaner wiederum, wie sie mit ihrem interesse zu der frage stehen“ — quae ad Athenienses quoque pertinere neque tamen prorsus recta esse iam supra probavi, ea hisce etiam Busolti verbis refutantur (p. 650 sq.): „Im lakedaemonischen bunde wird krieg und friede bei freier beratung und stimmabgabe aller bundesgenossen beschlossen, die majorität des bundestages ist entscheidend“ — quam sententiam vir doctissimus multis cum Xenophontis tum Thucydidis testimoniis convicit. Contra de primo Atheniensium corpore maritimo idem indicat (p. 651): „Thukydidēs sagt: ἀπὸ κοινῶν συνόδων βουλευόντων (I, 97). Dass βουλευεῖν nur vorberaten heissen kann, ohne dass ein solcher rat entscheidende geltung hat, ersieht man etc.“ De secundo eorum foedere hoc: „Im zweiten athenischen bunde hatte die vertretung der bundesgenossen nur beratende stimme“. Quid? quod etiam Thebanos omnino ac semper civitatibus Boeotiis non ut sociis sed ut obnoxiiis atque subiectis usos esse multis locis admonet! Qua de re plura infra disseram.<sup>32)</sup>

Nihilominus tantum abest, ut omnes Lacedaemoniorum rationes ac consilia defendam, ut prorsus Busoltio assentiar dicenti (p. 652): „Die Lakedämonier brachten es durch einschüchterungen, den druck ihrer kriegsmacht und intriguen dahin, dass in vielen staaten die demokratische verfassung in eine streng oligarchische verändert wurde. Es war dies ein eingriff in die selbständige bestimmung der verfassungsform.“ Neque minus Herbstium recte dixisse concedo (p. 705): Sparta bindet die staaten, indem es in ihnen den adel sichert, durch bündnisse [quod verbum observa quaeso!] an seinen schutz“ atque (p. 710): „schon die herrschaft der oligarchen in den staaten sicherte den Spartanern den pünktlichsten gehorsam“. At primum eundem criticum, cum iterum atque iterum eandem cantilenam canat Lacedaemonios nihil egisse nisi „nach ihrem eigenen privatinteresse“ (706) vel „ihres augenblicklichen [sic!] privatinteresses wegen“ (710), hoc est „nur für das allernächste“ (718), de consiliis ac mente eorum haud satis iuste iudicasse ex eis apparet, quae multo rectius Curtius scripsit (I, 261): „Mit der hegemonie war eine gewisse verpflichtung verbunden, allen gefahren vorzubeugen, welche der ruhe und sicherheit der halbinsel sowie dem bestande ihrer gemeinschaftlichen einrichtungen drohten. Dies conservative interesse verband sie mit den adelsgeschlechtern, welche den demokratischen bewegungen entgegentraten, aus denen [hoc memoria tenendum!] die tyrannis hervorgieng.“ — Quodsi Herbstius bella illa, quae ad evertendos tyrannos Lacedaemonios suscepisse constat, magnopere

Lacedaemonii igitur tantum abest ut semper et usque quaque socios opprimere studuerint — id quod ex Herbstii descriptione expectandum erat — ut identidem ad eorum voluntatem quamvis inviti sese accommodaverint. Omnino quantum Corinthii valuerint cf. Wachsm. Hell. Staatsaltert. I, 2, p. 129: Korinths anhänglichkeit (!) an Sp. war sehr alt, doch nie blind; Curt. 373 sq.: Korinth wusste sich eine wicht. stellung zu verschaffen. . . wurde zu scheidr. entscheidungen aufgefordert. . . übte auf Sp. einen bald anregenden, bald mässigen u. zurechtweisenden einfluss. — Quantum alii socii valuerint cf. Herod. IX, 9: Χίλος ἀνὴρ Τεγεάτης συνάμενος ἐν Λακεδαίμονι μέγιστον ξέλου. cf. Plut. Themist 6; cf. Curt. II, 72 sq. de Adeimanto Corinthio; 154 sq.: v. seiten Spartas konnte nichts geschehen, um dem att.-argiv. sonderbunde entgegenzutreten u. desh. rüsteten die nordpeloponnes. staaten auf eigne hand gegen Athen. — Iidem socii quam saepe Lacedaemoniorum cum Atheniensibus simultati ignem et materiam subduxerint maximeque valuerint ad bellum Peloponnesiacum accendendum, quis est quin sciat? Qua de re infra.

<sup>32)</sup> Pauca iam h. l. afferre iuvat, quae B. scripsit p. 651 adn. 1 de illa quae Antalcidae dicitur pace: „Die Lakedämonier schwören als führer einer anerkannten autonomen bundesgenossenschaft, die Thebaner wollen als leiter einer untertänigen u. darum als unberechtigt erklärten symmachie schwören etc.“ — De tota quae tum inter Thebanos ceterosque Boeotios intercedebat ratione cf. p. 784 sqq.; 791: . . . eine politik der bundesgenössischen untertänigkeit, welche für Theben massgebend war; 794; 796 (de civitatibus Euboicarum ab Atheniensibus ad Thebanos defectione): . . . wir finden in den euboischen städten tyrannenherrschaften, die an den Thebanern stütze fanden;“ p. 798–800. 806, not 1: „Theben hatte es mit freien hellenischen städten zu tun, die es unterwarf, um die hegemonie in Boeotien zu erlangen.“

despicit,<sup>33)</sup> ad Curtium iterum provocare propterea placet, quod hunc sane nemo laconismi qui dicitur insimulare poterit, cum potius acerrimus Spartanorum iudex saepissime extiterit. Si usquam, in hac re facere non potuit, quin Lacedaemonios praedicaret; cf. I, 263: „Der kampf mit den tyrannen ist die ruhmvollste zeit spartanischer geschichte. Denn in der ruhigen durchführung ihrer politik haben die spartaner nicht nur den dorischen charakter der halbinsel gerettet und ihre eigne davon unzertrennliche machtsstellung [id quod negare minime in animo est!], sondern sie haben auch die hellenische nation vor einer gefährlichen ausartung bewahrt.“ Quod degenerandi periculum Graecis ab Ionicae potissimum indolis proprietate imminuisse, nimia ingenii mobilitate rerumque novarum studio atque peregrinitate, neque quisquam negabit et Curtius aperte dicit. Qui postquam illa indole — ut esse solet civitatum copia et mercatorum et commeatuum celebrium — Jones disputavit non solum angustum et pusillum animum consuetudinesque obsoletas abicere studuisse, sed etiam coepisse patriis moribus atque ingenii proprietate mutandis primam nativamque Graecorum cum barbaris dissimilitudinem tollere:<sup>34)</sup> egregie Dores et inprimis Spartani quomodo illam tam noxiam pestiferamque vim reprimere studuerint exponit, quippe qui omnia, quae a maioribus tradita accepissent, mordicus tenentes, tuerentur in posterumque conservarent Graecae naturae, Graeci ingenii, Graecorum morum proprietatem ac virtutem. — Hi quantopere ea ipsa constantia firmaque ac vetustati propitia voluntate ad universam Graeciam integram servandam profuerint, dilucide his demonstrat (p. 264): „Wahrlich, wenn diese richtung — ionicam illam peregrinitatem

<sup>33)</sup> p. 706: Dass Sp. sich an d. vertreibung der meisten tyrannen beteiligt hat, steht fest; welche zwecke es dabei verfolgte... erfahren wir blos im allgem. aus Aristot. Polit. V, 8, 18, dass Sp. wegen der ihm entgegengesetzten staatsverfassungen τὰς πλείστας ἰστανίδας aufgelöst habe. — De re cf. Thuc. I, 18. Müll. Dor. I, 160 sqq.; proleg. 405. Quae Wachsm. (Hell. Altert. I, § 52) scripsit non omnia mihi probantur; rectius Curtius. — Ceterum Herbstium Spartanos vehementer incusantem quod Hippam Athenas in dominatum restituere conati sint, quamquam eos defendere nolo, tamen, cum verbis ipsis Herodoti (V, 91) ascriptis nihil eos egisse contenderet nisi ut crescentes Atheniensium opes imminerent, plane tacuisse moneo eundem Herodotum (c. 90) narrare Lacedaemonios propterea irritatos esse, quod paulo ante et cognovissent, quas fallacias Alcmaeonidae ad Pythiam Delphicam donis emendam occulte fecissent, et certiores facti essent de vaticiniis eam sententiam prae se ferentibus: πολλὰ τε καὶ ἀνάσσει ἐσθλαὶ αὐτοῖσι ἐξ Ἀθηναίων. Quibus oraculis illa quidem aetate religiosus Spartanorum atque superstitiosos animos eo vehementius commoveri necesse erat, quod ea crescentibus Atheniensium opibus iam evadere viderentur. — Multo rectius de tota re idem Curtius, cum perversa Spartanorum consilia partim ad callidos illos Alcmaeonidarum impulsus, partim ad immodicam Cleomenis cupiditatem, multo minus autem ad ipsorum Spartanorum rationem ac voluntatem referenda esse existimat, quippe qui ipsum regem suspectum habere coeperint, Atheniensibus autem iuste succensere sibi visi sint, p. 346: die Alkmäon. verpflichteten sich die delph. behörden durch freigeb. spenden.. Seit der zeit wurde.. Sparta, das seit mehr als 50 j. einen glorreichen krieg gegen die tyrannen Griechenlands führte, in diesem sinne durch den mund der Pythia bearbeitet... Endlich, da ihnen keine ruhe gelassen wurde, rafften die Sp. sich auf... trotz ihrer angeborenen unlust, sich in die angelegenheiten des festlandes einzumischen. — p. 348: den Alkmäoniden war Sp. nur das mittel gewesen etc. — De Cleomene p. 363: Die ungerechtigk. und unlauterk. seiner absichten, das hochfahrende wesen.. hatten feindschaft u. argwohn bei den Sp. erweckt und an der spitze seiner gegner stand könig Demaratos etc. — Lacedaemonii quam iuste tum Atheniensibus succensuerint vide p. 365: Der Spartaner unmut war sehr natürlich. Denn zuerst war ihnen klar geworden, dass sie von der Pythia betrogen worden seien u. dass es das geld der Alkmäoniden gewesen sei, welches sie in die ganze reihe verdriesslicher händel hineingezogen habe. Dann konnten sie die demütigungen nicht verschmerzen... Anstatt des dank, welchen sie für die befreiung von den Pisistratiden erwartet hatten, war ihr könig mit schimpf und schande fortgejagt worden. — Ad ea quae Curtius addit: „Vor allem aber war es der überraschende aufschwung der stadt Athen, welcher ihnen keine ruhe liess,“ cf. quae de vaticiniis illis et ego supra dixi, et auctor ipse profert: „Mit staunen sah man in ganz Hellas auf das glück der Athener, welche nicht gesonnen schienen auf der bahn des ruhm stehen zu bleiben [...], und die orakelsprüche... erfüllten mit ihren weissagungen attischer machtvergrößerung nun um so mehr die abergläubischen gemüter der Spartaner.“

<sup>34)</sup> p. 263: Die tyrannen, v. d. weltbürgerlichen triebe des ion. wesens geleitet, gaben sich dem reiz alles ausländischen unbedingt hin; 264: in d. handelsplätzen pflegt mit der fremden waare auch fremde lebensweise eingang zu gewinnen; es verschwindet das einseitige, spiessbürgerliche.. aber auch das charaktervolle u. das eigentümliche gepräge angeborener stammstamme. Der untersch. zw. Hellenen u. Barbaren verwischte sich. Das naturtreue einfache, massvolle wurde aufgegeben gegen den verführer. pomp, die sinnl. üppigk. u. die hoffahrt oriental. dynastien. — Quam iuste igitur haec dicta p. 261: die Sp. mussten in d. tyrannis eine revolutionäre propaganda erkennen, welche der polit. ordnung, die sie vertraten, umsturz drohte; 262: Sp. musste s. polit. aufgabe darin erkennen, der tyrannis entgegenzutreten.. die entarteten staaten zur alten ordnung zurückzuführen. — Lacedaemonii in his rebus quam prudenter ac moderate egerint, hisce exponit: die Sp. hüteten s. ungeduldig zuzufahren.. sie warteten ab, bis d. bittere frucht der tyrannis reif war u. unter d. drucke des despotism. sich d. sehnsucht nach gesetzlicher ordnung zeigte; 263: in d. regel genügte e. einfacher bürger ohne gefolge mit amtlicher vollmacht v. Sp. durch s. auftreten, um den tyrannen zur niederlegung seiner macht u. die stadtgemeinde zu neuem anschlusse an die v. Sp. geleitete eidgenossensch. zu veranlassen. — Quae cum legeris, quid de Herbstii describendi et iudicandi ratione iudicabis?



dicit — gesiegt hätte, so würden die Perser bei ihren ansprüchen auf die oberherrschaft von Griechenland keinen nationalen widerstand gefunden haben, sondern ein erschlafenes und entsittlichtes volk. — Dies muss man sich klar machen, um zu erkennen, was Griechenland den Spartanern verdankt.“ — Spartam igitur non, ut Herbstius rem describit, violentia tantum ac fraudibus, sed auctoritate ac gratia optimaque celebrati nominis fama atque existimatione apud omnes Graecos plurimum per diu valuisse manifestum videtur.<sup>35)</sup> Neque fieri potest, ut eius mores tam angusti, tam illiberales impoliti immanes fuerint, quam depingit H., cum ex contrario Spartanam disciplinam Laconicaque instituta ac mores omnes Graeci admirati ad imitandum sibi proposuerint.<sup>36)</sup> Quae cum ita sint Spartam sine dubio quodam modo universae Graeciae ducem atque magistram fuisse eiusque civitatem vere *φιλέλληνα* dici posse mihi quidem persuasum est. Neque errare mihi videor, cum idem officium, quod postea bellis Persicis Athenienses, superiore tempore Spartanos universae patriae praestitisse contendo.<sup>37)</sup>

<sup>35)</sup> cf. apud Curt. l. l. p. 264: „Für sich selbst gewann Sp. eine immer würdigere stellung.“ — Quam auctoritatem luculente describit p. 265 sq.: „Aeusserlich unscheinbar, ohne burg u. paläste, wohnte die stolze bürgerschaft im tale des Eurotas, welches die wanderer aufsuchten, um die königin der Griechenstädte in ihrem einfachen schmuck zu sehen... Ihr ansehen musste sich weit über die grenzen der halbinsel ausdehnen. — 267: Die Sp. wurden zu schiedsrichterlichen entscheidungen aufgefordert u. von ferne gelegenen staaten um rat u. beistand angesprochen... Auch in einem solchen rechtshandel, welcher zwischen einem ionischen u. dorischen staate schwebte, hatte man von beidenseiten zu der gerechtigkeit und unparteilichkeit des dorischen vororts vertrauen... So wurden die Spartaner immer mehr daran gewöhnt — animadverte: ab aliis! sed propter ipsorum virtutem! — in nationalen angelegenheiten eine entscheidende stimme abzugeben.“

<sup>36)</sup> cf. ib.: Ihr fester u. wolgefüger staats, in welchem allein... das königtum der heroenzeit s. erhalten hatte, v. einer freien wehrhaften bürgerschaft getragen... hatte s. als musterstaat bewährt, dessen bürger stillschweigend als d. ersten der nation anerkannt wurden. — Lacedaemonios aliquanto etiam liberiores fuisse, quam putari soleant, atque libenter agnovisse et recepisse quaecumque ex aliis civitatibus pulchre honesteque facta quaeque in artibus et literis effecta invenissent, idem Curtius demonstrat p. 266: Sp. hatte s. aus Kreta, Lesbos, Ionien, Attika die keime fruchtbarer kunstentwicklung angeeignet; wo immer e. kunstbrauch ausgebildet.. wurde er mit auszeichnung aufgenommen u. die künstler, welchen um nationale anerkennung zu tun war, liessen sich in Sp. sehen u. hören. — Quantum et Dores constituendo Delphico oraculo et in primis Spartani ordinandis Olympiis et constituendis adiuverint, ut Graecorum gentes quamvis diversae in unius quasi corpus coalescerent, egregie idem exposuit p. 451: die idee der nation... einer hellen. sitte u. eines gemeins. vaterlands ist in Delphi festgestellt worden; 459: zu festen ordnungen, in denen das eigentüml. hellenische s. ausgebildet hat, sind d. wettkämpfe zuerst in dorischen staaten gekommen, in Kreta u. dann in Sparta; 211: mit dem einfluss Spartas breitet s. auch d. anerkennung Olympias aus, nicht am Eurotas, am Alpheios hat Sp. seine vorörtl. stellung erlangt. — Itaque Lacedaemonios primo quidem armis et bello, postea per diu non tam vi et dolis quam gratia et auctoritate plurimum valuisse maximeque propter constantiam suam ac virtutem morumque probitatem non solum Peloponnesi sed totius fere Graeciae principatum merito obtinuisse equidem pro certo habeo.

<sup>37)</sup> De hac sententia ne Kaegius quidem me demovet cum dicit l. l. p. 488: die consequente spartan. politik den Doriern, gegenüber Ionern u. Achaern, zur herrschaft zu verhelfen. — Nam hoc etiam si verum esset, num ulla tum alia gens dignior erat quae principatum obtineret? non recte Spartani fecerunt quod, cum illud probe sentirent quanti essent vel viribus vel virtutibus, cum ad conturbatas mixtasque res Peloponnesiacas componendas natos se arbitrentur, quam rationem quemque ordinem in sua civitate ac republica bonum salutaremque experti erant, eundem tota paeninsula ita collocare studebant, ut pacem et externam et internam quam maxime confirmarent? Sed ad ea quoque remitto quae rectius de illorum iustitia Curtius disseruit, adn. 35. — Atque ipse K. confitetur p. 439: Sp. hatte, wenn es s. auch des förm. erobrunskriegs enthielt, doch d. oberleitung in d. bunde der selbständig bleibenden staaten etc. Quod autem addit: „auf d. behauptung dieser stellung legte Sp. immer d. grösste gewicht, so dass es selbst in d. gefährlichsten augenblicken eher geneigt war, das übrige Griechenl. zu schwächen als es zu beschützen, u. d. grundsatz, das nützliche ist gerecht, macht sich hie u. da — hanc concessionem animadverte! — in d. spart. politik geltend“, quod ad Herbstii fere iudicium videtur accedere, infra in disceptationem vocandum erit (adn. 43 sqq.). Hoc loco id monitum velim virum doctum, cum ad firmandam sententiam ad Thucyd. I, 76 et V, 15 nos revocaret, aequale lapsus esse atque Herbstium, cf. adn. 29. Accedit quod Athenienses in eadem oratione I, 75 sq. quam rationem Lacedaemoniis addicunt (*ὕμεις... τὰς πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον καταστησάμενοι*), eam ipsam suam quoque profitentur, cum dicant se coactos esse principatum maritimum *προσαγαγῆν ἐς τὸδε* h. e. usque ad illum tam intolerabilem dominatum (de quo cf. adn. 30) *μάλιστα μὲν ὑπὸ θεοῦ* [ad quod Classen.: furcht sowol vor unzuverläss. verbündeten wie vor nebenbuhlern!] *ἐπειτα δὲ καὶ τιμῆς* [quem impulsus in Spartanis quoque fuisse K. vix negat] *ὑστερον καὶ ὠφελίας* [ad quam *ὠφέλιαν* etiam *τὸ θεός* referendum esse apparet]. Quid quod confitentur Lacedaemonios, cum in principatu non perseverassent, nondum tantam invidiam sibi collegisse quantam ipsos: *καὶ εἰ τότε ὑπομεινάντες, ἀπήχθησθε τῇ ἡγεμονίᾳ ὅσπερ ἡμεῖς* etc.! quod his se defendere eos non pudet, semper moris fuisse *τὸν ἥσσω κατείοργεσθαι*, quem morem servantes se quoque nihil fecisse *θαυμαστὸν οὐδ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου*, constare enim omnibus hominibus ius esse in viribus (*οὐδέτις ποτὸν δίκαιον λόγον ἰσχύι προθεῖς τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπειράπειτο*)! — Quod autem iidem in illo cum Melis colloquio de Lacedaemoniis iudicant V, 155: *τὰ μὲν ἡδὲα κατὰ νομίμοισι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια*, parvi propterea est, quod idem in eos ipsos cadit, cf. Classen. in proem. I, p. LXV: der cynismus der lehre vom rechte der gewalt, die d. Athener gegen d. Melier proclamiren. Recte etiam de illo colloquio deque Atheniensium „superbissima durissimaque“ ratione E. Vossius exposuit in subtilissima „de τύχη Thucydidea“ dissert. in progr. Duesseldorf. 1879 p. 5 sqq. — Itaque nulli licere critico

Ipsis quidem bellis Persicis Lacedaemonios in defendenda universa patria multo inferiores fuisse Atheniensibus nemo est qui neget. Tamen Herbstium, cum omnem Graeciae amorem ab eis abiudicandum esse censeat, hoc quoque iniquius iudicare paucis demonstrandum videtur.<sup>38)</sup>

Primum Lacedaemoniis, quod bello Ionico a primo abstinerint, adeo non potest crimini verti ut contra eosdem, cum antea Croeso Lydorum regi auxilia contra Persas mittere se velle pollicerentur, quasi secum ipsos pugnasse iudicem, quippe qui condicionis suae ad Graeciae potissimum fines spectantis immemores longinquum et inexplicabile bellum idque maxime dubium suscepturi essent, ad quod perficiendum illo quidem tempore haudquaquam se iam pares esse ipsi intellegere debuerant.<sup>39)</sup> Itaque quod tum, cum Aristagoras Milesius Spartam venerat, Cleomenes rex, quamquam haesitavisse primo videtur quid facere deberet, ad extremum tamen Ionibus auxilium ferre recusaverit, illud neque Lacedaemoniis, qui plane ignorarent quae rex secreto cum peregrino egisset, neque ipsi Cleomeni vitio dandum esse ex eis, quae quidem Herodotus prodidit, satis apparet.<sup>40)</sup> Quid? quod Jones Asiaticos tum ne dignos quidem se praestitisse videmus, pro quibus universa Graecia vindex et patrona existeret.<sup>41)</sup> Quare Atheniensibus, quod interfuerunt seditioni tam temere concitatae, tam foede peractae, haud ita laudi tribuendum esse arbitror, idque eo magis, quo clarius idem Herodotus illud indicat non tam propter gratuitam hominum ab eadem stirpe oriundorum caritatem et amicitiam eos, quam propter imperii divitiarumque Asianorum cupiditatem tam facile, cum praesertim ipsi credulissimi essent, ab Aristagora deceptos esse.<sup>42)</sup>

arbitror has orationes ita ascribere, ut Lacedaemonios tantum reprehendat! — At etiam ad Isocratem provocat Kaegius cum ascribit XII, 48. 188. 241. 243. Sed hunc rhetorem celebratum in ea quae Panathenaeus inscribitur oratione, postquam magnopere quidem ac rhetorice suam patriam ac populares extulerit sub invidia Lacedaemoniorum, quasi hi ut homines *ὑπεροπτικοί* et *πλεονέκται* adversus ceteros Graecos nunquam se gessissent nisi *ἄλλοτριῶς καὶ πολέμικῶς*, nihil egissent nisi *ὅπως ὡς πλείστα τῶν ἄλλοτριῶν κατασχέσουσιν*, quis nescit eundem in eadem oratione confessum esse (232) semet ipsum, ubi paucis post diebus orationem perlegisset, ob ea quae de Lacedaemoniis *οὐ μετρίως οὐδ' ὁμοίως . . . ἀλλ' ὀλιγώρως καὶ λίαν πικρῶς καὶ παντάπασιν ἀνοήτως* dixisset, tam graviter doluisse, ut prope totam orationem vellet *ἐξαιλίθειν ἢ καιακάειν*? Quin etiam in extrema oratione Spartanos effert laudibus (254): nullos perfecisse illis *μειζόν ἔργον καὶ θαυμασιώτερον οὐδὲ πρόξιν εὐτυχιστέραν καὶ θεοφιλεστέραν*; sui semper illos iuris fuisse, nunquam ut ceteras omnes Graecorum civitates in tales calamitates incidisse quales essent seditiones caedes, iniustae expulsioniones spoliationes bonorum, stupra mulieribus vel pueris oblata! — Rectius ad Thucydidem ipsum Kaegium provocare potuisse credas profitentem illum quidem I, 19: Lacedaemonios principatum habuisse *κατ' ὀλιγαρχίαν σφίσι τὴν αὐτοῖς μόνον ἐπιτηδέως ὅπως πολιτεύουσι θεραπεύοντας*. Quod Classenius dubito an false interpretatus sit: nur ihren, den lakedämonischen, nicht, wie es sein sollte, den eigenen interessens der kleinen staaten förderlich. Nam mihi quidem verbis *σφίσι τὴν αὐτοῖς μόνον* rectius aliud opponendum videtur eo exemplo *μὴ ἄλλοις*, h. e. Lacedaemonios curavisse ut socii *κατ' ὀλιγαρχίαν* constituti sibi ipsis solis, non aliis, velut Atheniensibus prodessent. Sed ut verum sit quod Class. vult, idem nonne ad Athenienses quoque referri potest? Adde quod idem Thucydides, quamquam omnino facere non potuit, cum Atheniensis esset, quin patriae hostes ex contraria quadam parte existimaret, tamen quantae virtutes in Lacedaemoniis etiam tum inessent, libenter agnovit saepiusque exposuit, cf. VIII, 24, 4: *Χίτοι μόνου μετὰ Λακεδαιμονίους ὧν ἐγὼ ἠσθόμην ἠὲ δαιμόνησάν τε ἔμα καὶ ἐσωφρόνησαν*, ad quae verba haec referenda sunt I, 18, 1: *ἡ Λακεδαιμων . . . ἐκ παλαιότητας καὶ ἠννομήθη καὶ αἰ ἀτυράννευτος ἦν*; cf. V, 75, 3: *τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τότε ἐπιφερομένην αἰτίαν . . . ἀπέλειψαντο, τύχη μὲν ὡς ἐδόκουν καιρίζομενοι, γνώμη δὲ οἱ αὐτοὶ ἔτι ὄντες*, cf. 72, 2. — 66, 2 etc.

<sup>38)</sup> p. 718: Das verfahren Spartas die ganzen Perserkriege hindurch zeigt offenbar, dass es für d. allgem. Hellenensache kein herz hatte, dass es in diesen zeiten der wunderbaren grosstaten nur auf sich u. seine sicherh. bedacht nahm, 720: Sp. will für sich den besitz des Peloponn., den behält es um so sicherer, wenn die Hellenen draussen klein u. geschwächt werden etc.

<sup>39)</sup> Non assentior Curtio de re hoc disserenti I, 539: In Sp. fehlte es n. an männern, welche eine grosse u. nationale politik — quid hoc rei tum erat? — verfolgten etc. Nam ipse, postquam narravit, ut Croesus per sacerdotes Delphicos auro corruptos Lacedaemoniis deceptis promissionem illam elicerit, quo iure hoc ad consilia iam tum ad universae Graeciae salutem spectantia referre possit, equidem non intellego.

<sup>40)</sup> Herod. V, 49 sqq., cf. 50, 6: Aristagoras *διαβάλλον* Cleomenem, Aristagoras num etiam ephoros adierit in dubio est, cf. Zenob. 5, 57. Commodissime Curtius I, 589: A. war kein mann, der vertrauen erwecken konnte, am wenigsten in Sparta.

<sup>41)</sup> Wachsm. l. l. I, 2, p. 8: die Joner u. ihre hellen. nachbarn durch sinnengenuss zu entartet etc. Quanti Aristagoras ipse et Histiaeus fuerint nemo nescit, cf. Herod. V, 124. Seditio ipsa quam temere facta sit, dilucide Curtius exponit 586: es fehlte nicht an besonnenen, welche das tollkühne des aufstandes vollkommen erkannten u. einhalt zu tun suchten; 588: es blieb bei halben massregeln. In der kecksten weise wurde mit dem grosskönig gebrochen, aber immer wurde nur für den augenblick gehandelt etc.

<sup>42)</sup> Herodotus V, 97 Aristagoram iisdem mendaciis quibus Cleomenem etiam Atheniensis decipere studuisse prodit; locutum esse *περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν τῇ Λαίᾳ*; monuisse quidem etiam de Milesiis ut qui Atheniensium *ἀποικοί* essent; sed plurimum apud eos valuisse et lucri emolumentique spem et Aristagorae blandimenta nimiae eorum de se opinionum indulgentiam! — Illud quidem acerbe a parente historiae scriptum: *πολλοὺς οἴκε εἶναι εὐπετέστερον διαβάλλειν ἢ ἔνα*, siquidem unum Cleomenem Aristagoras fallere non potuerit, triginta milia Atheniensium



Atque Lacedaemonios consulto ad pugnam Marathoniam sero venisse ac voluisse Atheniensium urbem Mardonio delendam permittere, quod cum Herbstius tum Dunckerus et ipse Curtius contendunt, <sup>43)</sup> istud quidem non adducor ut credam; potius quae in eo genere Lacedaemonii et tum et alias peccaverunt, quamquam magnopere ego quoque improbo, tamen non a primo ad invidiam simultatem malitiam, sed magis ad notissimam illam Dorum tarditatem et cunctationem atque saepissime etiam ad religionem et superstitionem Spartanorum referenda esse eo magis persuasum habeo, <sup>44)</sup> quo manifestius iidem vere *μισοπέρας* se tum praestiterunt.

potuerit, Grotium (IV, 388,9) secutus Kaegius impugnare studet p. 443: Athen hat immer mehr fernblick gezeigt, als das engherzig u. ängstlich sich abschliessende Sp. — Sed ipse confitetur: die lage der beiden staaten den kleinas. Joniern gegenüber war e. grundverschiedene . . . atque mihi aut magnaeprofecto temeritatis fuisse videtur ad bellum ulro Persis inferendum non plus viginti triremes mittere, aut hoc esse documento Athenienses tanto minoris Persas pendidisse, quanto pluris semet ipsi penderent. Ne Curtius quidem, quamvis amicus illis (589: man erkannte das unvermeidliche des kriegs [?] u. bei dem mutigen selbstgeföhle war man mehr für angreifen als abwarten) facere non potest, quin de tota expeditione iudicet 590: ihre ganze beteiligung hatte keinen andern erfolg, als dass sie den pers. kön. aufs empfindlichste gereizt u. seinen gerechten zorn hervorgerufen hatten. Similiter Cronius confitetur l. l. p. 438: Athen fügte den hellen. interessen noch grösseren schaden zu (sc. quam Spartani nihil agendo), als es den stammgenossen zwar hülfle leistete, aber in d. stunde d. gefahr sie schmähhlich im stiche liess.

<sup>43)</sup> Herbst. 718 sq. Duncker. Gesch. d. Altert. IV, 827. Similiter Wachsm. l. l. 15: Wie klein Spartas politik u. strategie, wie engherzig ihr patriotism., wie nahe an verrat der gemeinen sache etc. Curt. II, 25: ehrlieh u. treu war d. politik Sp's. nicht. Wenn sie in lauterer gesinnung u. v. nationalem gesichtspunkte d. gefahr der schwesterstadt [dicit ante Marathoniam pugnam] aufgefasst hätten, würden sie das Karneenfest nicht zum vorwande ihrer säumnis benutzt haben. . . Es war also d. gerechte strafe für ihre falscheit. . .; cf. 53, 69: die Sp. waren dem ziel ihrer unredlichen politik nahe, wenn sie im grunde nichts sehnlicheres wünschten, als dass der Peloponn. nun bald als der einzige überrest des freien Griechenlds. angesehen werden sollte. — Ceterum argumenta C. non attulit!

<sup>44)</sup> De tarditate Laconica Thucyd. I, 118: οἱ Λακεδ. αἰσθόμενοι (sc. τὴν τῶν Ἀθην. ἀρχὴν ἐγκρατεστέραν) οὔτε ἐκόλυον εἰ μὴ ἐπὶ βραχύ, ἢ σὺχάζον τε τὸ πλεον τοῦ χρόνου, ὄντες μὲν καὶ πρὸ τοῦ μὴ ταχεῖς εἶναι ἐς τοὺς πολέμους, εἰ μὴ ἀναγκάζοντο; V, 75: τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήν. τότε ἐπιπερουμένην αἰτίαν. . . ἐς τὴν ἄλλην ἀβουλίαν τε καὶ βραδυτήτα. cf. quae in adn. 33 ex Curtio ascripti. — De religione Herod. V, 63: τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Qua religione vel superstitione Lacedaemonii quam saepe tempore praesto esse prohibiti sint, haec exempla affero: a. Ad pugnam Marathoniam ipsam eos Atheniensibus succurrere statutum habuisse Herodotus aperte auctor est VI, 106: τοῖσι δὲ ἑαδὲ μὲν βοηθεῖν Ἀθ.: vere eos nisi religionibus non fuisse impeditos ne in tempore adessent idem testis est: ἀδύνατα δὲ σφι ἦν τὸ παρανίκα ποιεῖν ταῦτα οὐ βουλομένοι αἰλύειν τὸν νόμον. Hoc eos dissimulantes malitiam praetendisse ne levissime quidem H. significat; potius eos vera adiuvandi cupiditate flagrantes acerrime expectasse dum festi Καρνείων dies plenilunio terminati essent, ex eo quoque apparet quod idem tradit 120: ἦγον μετὰ τὴν πανσέληνον ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν, οὗτω ὥστε τριτάτοι ἐκ Σπ. ἐγένοντο ἐν τ. Αἰτιῇ — id quod etiam magis admirandum est, si Pheidippidem celerrimum Atheniensium cursorem admiramus, quod paulo ante idem iter biduo confecerit. Recte igitur Manso (Sp. I, 318): ein ebenso seltsamer als schädli. aberglaube verbot ihnen früher auszurücken. . . sie legten d. weg v. Sp. nach Athen — 28 deutsche meilen, so sehr brannten sie vor begierde sich m. dem feinde zu messen — innerhalb 3 tagen zurück. — b. Similiter X annis post Spartanos Xerxe appropinquante iterum propter Carneia celebranda adductos esse Herod. narrat VII, 206, ut ad Thermopylas custodiendas primum Leonidam regem solum emitterent cum CCC Spartiarum equum cohorte regia [205: τοὺς κατεστάτας τριηκοσίους ego cum Steinio Kaegio aliis, quamquam Curtius obloquitur, eosdem fuisse arbitror qui aliis locis ἰπέες dicuntur, cf. Herod. VIII, 124. I, 67. Thuc. V, 72] ea ratione ut ipsi ὀριάσαντες καὶ φυλακὰς λιπόντες ἐν τ. Σπ. universo populo convocato (πανδημεί) omnibusque cum sociis quam celerrime sequerentur. Hoc tacens Herbstius 719: den Leonid. hatte Sp. als verlorenen posten m. möglichst kleiner schar hinausgeschickt. Similiter Curtius II, 63: sie waren auch jetzt lahm u. lässig. . . zogen sich wieder hinter relig. bedenkliehkeiten zurück etc. 732: man kann sich d. mission des Leon. kaum in andrer weise erkl., als dass d. könig im widerspruch m. den behörden auf d. ausmarsch gedrungen habe. Sed quo iure hoc coniciunt? Quod ad Herod. 205: ἦτε [Leon.] ἐπιλεξάμενος ἀνδρας τοῖσι ἐτύγγανον παῖδες ἰόντες recte Steinius ascribit: dass d. kön. sie aus der jungen mannschaft [non quod Herbst.: ältere männer!] auswählte u. dabei gleich auf den schlimmsten ausgang bedacht nahm etc., nihil valet ad istam sententiam firmandam. Nam regem ad omnes eventus paratum fuisse non est idem, quod illi sentiunt Lacedaemonios a primo persuasum habuisse eum cum suis nihil fore nisi victimas! Quae sententia his ipsis Herodoti verbis refutatur 206: οὐδ' αὖν δοκέοιτες κατὰ τάχος οὐτω διακριθῆσθαι τὸν ἐν Θερμοπ. πόλεμον ἐπεμπον τοὺς προδρομοὺς [eosdem adversus Mardonium quoque πρόδρομον στρατὴν praemisisse cf. IX, 14]. Ac ne regem quidem illud cogitasse ex eo apparet, quod ex Thermopylis confestim nuntios ad maiora auxilia accersenda domum misit atque tum demum omni spe destitutus ad mortem obeundam se paravit, eum ultimo die hostibus Ephialta duce iam a tergo appropinquantibus Megistias vates extis inspectis supremum diem instare praedixerat (219). Quo loco quod Herodotus oraculi illius mentionem facit (220) praedicentis Spartam aut ipsam a barbaris deletum iri aut regem perdituram esse, id oraculum consentaneum est ad summam quidem belli et ad alteram utrum de regibus, non a primo ad initium belli, non ad Thermopylarum defensionem nominatimque ad Leonidam regem referri potuisse! Itaque Diodorus quod XI, 4 memoriae prodit Leonidam, quod a primo certissimam mortem animo praeciperet vel etiam expeteret, ideo exiguum illum civium numerum elegisse, neque cum eis convenit quae ipse infra cum Herodoto consentiens narrat, et omnino mihi non tam verum videtur quam ad repraesentandam regis fortitudinem apte fictum. Verum etiam si verum esset, ephoris tamen nihil in ea re crimini verti posse ex eo efficitur, quod ab his Leonidam reprehensum esse D. narrat, ὡς ὀλίγους

45) Ceterum illis, quod numquam istud dedecus subierunt, in quod Achaeos Aeginetas Delphos Thessalos Argivos, inprimis Thebanos incurrisse videmus, ut vel secreto vel etiam aperte cum Persis starent,

παντελῶς ἀγει πρὸς μεγάλην δύναμιν atque iussum πλείονας παραλαμβάνειν. Illam autem noluisse! — Recte igitur Grotius III, 61 sq.; die Sp. rechneten darauf, dass L. mit seinem corps stark genug sei, den pass zu halten, bis das fest vorüber sei, nach welchem zeitraume sie mit ihrer ganzen heeresmacht zu hülfe zu marschieren vorbereitet waren. Neque illa spe futurum fuisse ut laberentur, nisi Ephialtes proditor extitisset, quis negabit? cf. Herod. 213: ἀπορέοντος δὲ βασιλέως ὅ τι γρήσειται etc. — Neque tamen Spartanos solos, sed omnes tum Peloponnesios constat Olympiis celebrandis impeditos esse quominus confestim egredierentur. Qua de re commodissime Grotius 62 sq.: sogar in einem augenblick, wo freiheit u. existenz auf d. spiele standen, konnten sich die Griechen n. dazu bringen, diese feierlichkeiten zu verschieben; besonders bei den peloponn. Griechen scheint diese kraft religiöser routine am stärksten gewesen zu sein. Sed in Athenienses quoque hoc cadere monet: zur zeit des Demosth. setzten d. Athener auch d. krieg. bedürfnisse des staats religiösen festlichen verpflichtungen nach, comparatque eos cum Iudaeis; d. Juden liessen d. operationen des röm. belagerungsheers am sabbathe ohne sie zu unterbrechen vor sich gehen. — Cetera exempla paucis absolvo: c. Paulo post cladem in Thermopylis factam Cleombrotus rex in sacris faciendis solis obscuracione deterritus exercitum, quem ad Isthmum defendendum muroque muniendum collegerat, imperfecta re domum reduxit (Her. IX, 10. VIII, 71). Qua de re quod Steinius affert: Spartas ängstl. u. fast zweideutige haltung scheint den plan (dem aus Attika abziehenden feinde die strasse zu verlegen u. so auch den landkrieg sofort zur entscheidung zu bringen) verhindert zu haben, was denn nachträglich mit dem wunderhaften phaenomen entschuldigt wird — dubito num verum sit. Nam etiamsi recte monet: eine wirkl. sonnenfinsternis ist nicht nachweisb., tamen praeter defectus solis etiam obscuraciones incidere possunt, vel nubium tenebris, quae inter sacrificia obortae facile superstitiosos homines terrere poterant (cf. verba ὁ ἥλιος ἀμυρώθη, non ἐξέλιπεν!). Omnino autem quod in tanta Peloponnesiorum trepidatione tamen imperfecto muro rex rediit (cf. IX, 8), non convenire mihi videtur nisi cum religionis impulsu. — d. Deinde Hyacinthia Lacedaemonios interpellasse Herod. narrat (IX, 7), ne Atheniensibus a Mardonio laborantibus auxilio venirent. Quae ratio utrum ad tarditatem nimiamque religionem an ad malitiam referenda sit, infra ita examinabo ut ab ipsis Herodoti verbis notissimoque iudicio ordiar; cf. adn. 52. — Haec quae attuli exempla num vere ad religionem referantur, si quis propterea addubitet, quod ad auxilia a Spartanis religio Graecis inprimis Atheniensibus ferenda spectent, certe quae nunc afferam, cum in omnibus de ipsorum Peloponnesiorum salute ac libertate actum sit, vix quisquam in dubium vocet. e. Pausaniam quidem regem Herodotus auctor est, cum tandem ex Peloponneso adversus Mardonium in Boeotiam duceret, fere cotidie rem divinam fecisse, IX, 19. Denique in ipsa pugna Plataeensi Spartanos, ab omnibus sociis destitutos, Persis vehementissime adorantibus, cum ingenti vi telorum multi cecidissent, tamen non prius processisse quam Pausaniae regi tandem aliquando sacra fausta evenissent, c. 61 sq. Quod si legimus, nonne credimus Herodoto ceteras quoque moras ad eandem nimiam religionem incredibilemque animi moderationem et tarditatem referendas esse? — f. Thucydides quoque similia prodit exempla: V, 54: Spartanos, cum Epidauris auxilia laturo πανδημῆϊ iam ad Leuctra processissent, ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια θυομένοις οὐ προυχώρει, et ipsos domum rediisse et socios mense insequenti venire iussisse, quia Καρνείος ἦν μὴν, ἐρομῆνια Δωριεῦσι. Sequitur totum mensem Carneum illis sacrum similiterque ac nostris maioribus media aetate illam quae dicebatur treugam Dei ita celebrandum fuisse, ut publicam ab armis quietem haberent, cf. III, 56. 65. Pausan. III, 5. Lacedaemonios autem etiam magis religiosos fuisse quam ceteros Peloponnesios, velut Argivos, idem Thucyd. eodem loco significat; cf. Hellen. IV, 7. — g. Thuc. V, 75: οἱ Λακεδ. καὶ αὐτοὶ ἀναχωρήσαντες καὶ τοὺς συμμάχ. ἀφέντες (Καρνεῖα γὰρ αὐτοῖς εὐύχνηον ὄνια) τὴν ἑορτὴν ἤγον... τοῦ δὲ χειμῶνος ἀρχομένου εὐθύς ἐπειδὴ τὰ Καρνεία ἤγαγον ἐξαιρέτησαν etc. — h. Denique multis locis, quanti διαβατήρια illa fecerint, Xenophon significat, Hell. III, 4, 3. IV, 7, 2 saepius. Peloponnesii vel bello flagrante quam securi dies festos egerint cf. IV, 5, 1. Ipsi Lacedaemonii in religionibus quam diligenter minorum quoque civitatum vel cum suo ipsorum damno habuerint rationem cf. IV, 5, 1: ad Hyacinthia curanda omnibus in exercitu Amyclaeis semper, quacunque in expeditione essent, domum redire licuisse; quo tum factum esse ut tota fere cohors, quae Amyclaeos prosecuta esset, rediens ab Iphicrate occideretur. — His exemplis quantum ad Spartanorum consilia ac rationem semper religio vel superstitio valuerit, satis demonstrasse mihi video.

46) Lacedaemonios vere ac sincere et μισοπέρας fuisse et universae Graeciae libertati studuisse cum ex eis quae attuli, tum ex his efficitur. a. Et illos Spartanos, qui postridie pugnae Marathoniae auxilio venerunt, et Leonidam cum suis patriae amantissimos fuisse nemo negabit; ne Curtius quidem facere potest quin concedat II, 25. 64: so trat denn wirklich ein lakedämon. könig als vorkämpfer v. Hellas auf.. von den besten männern des volks umgeben! b. Idem in Plataeensi pugna describenda eos non laudare non potuit, 87 sq.: d. ganze wucht des angriffs warf sich auf d. Spartaner.. also mussten sie u. die Tegeaten sich allein helfen.. Jubelnd vernahmen d. erbitterten kriegler den befehl vorzugehen.. Diesmal hatten Athen u. Sparta sich beide als vorkämpfer v. Hellas bewährt.. Die ausserordentl. anstrengungen, welche die Sp. zu diesem auszuge gemacht hatten.. die bewunderungswürdigen leistungen einzelner Spartiaten etc. Quae laudes patet non ad singulos modo sed ad universos Lacedaemonios, rursus non solum ad milites sed etiam ad praetores, ad magistratos, ad totam rem publicam pertinere. c. Pariter atque Athenienses Lacedaemonios quoque Herodotus prodit VII, 133 odio Persarum inflammatos Darii caduceatores interfecisse; qua in re Lacedaemoniis, quod postea nefarii facinoris conscientia multo magis quam Athenienses summis praeter ceteros laudibus effert, ut qui re vera Graeciae universae vindicis ac servatores extiterint, nihilo minus de Lacedaemoniis praedicat: προσδόντες ἂν Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ τῶν συμμάχων [ad quos excusandos addit: οὐκ ἐχόντων ἀλλ' ὑπ' ἀναγκῆς] ἐμουνώθησαν, μουνωθέντες δὲ ἂν καὶ ἀποδεξάμενοι ἔργα μεγάλα ἀπέθανον γενναίως! Addit quidem: ἢ ταῦτα ἂν εἰπῶν, ἢ πρὸ τοῦ ὀρέοντες ἂν καὶ τοὺς ἄλλους Ἑλληνας μηδίζοντας ὁμολογῆ ἂν ἐχρήσαντο πρὸς Ξέρξῃ. Sed hoc alterum, quod opinione tantum se augurari ipse dicit, num quid aliud est quam quod Athenienses, si ab illis desererentur, certe se facturos esse ipsi minati sunt? IX, 11: Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἀδικούμενοι ὑπὸ τῶν χηρῶν χηρῆ τε συμμάχων καταλύσονται τῷ Πέρσῃ οὕτω ὅπως ἂν δύνωνται. καταλυσάμενοι δὲ, ὅπλα γὰρ [i. e. consentaneum est] ὅτι σύμμαχοι βασιλέως γινόμεθα, συστρατευσάμεθα ἐπὶ ἣν ἂν ἐκείνοι



id quod *μηδίξειν* Graeci dicebant,<sup>46)</sup> hoc eo maiori laudi ducendum est, quo acrius eos, cum natura ad optumatem rem publicam proclives essent, a se impetrare consentaneum erat, ut non solum optumates usque quaque Persis faventes non iuvarent, sed etiam Atheniensibus adiuvandis in visorum popularium in Graecia causam corroborarent.<sup>47)</sup> Hoc ut ex aequo iudicetur, moneo inter ipsos Athenienses fuisse qui occulte Persis faverent, moneo de Pindaro clarissimo illo poeta, quem nemo sane *φιλέλληνα* fuisse negabit, quem, cum ipse causae optumatum studeret, recte Curtius scribit sero admodum atque paene invitum fecisse, ut res ab Atheniensibus praeclare gestas recte aestimaret.<sup>48)</sup> Contra Lacedaemonii Themistoclem, quamquam ceteri Peloponnesii eius virtuti invidabant, ipsi tamen nemo nescit quanti fecerint, quantum illo tempore eius auctoritas

*ἐξηγγέλονται* — id quod multo plus sane est, quam quod supra dixerat: *δολογίη* etc. Quid quod aperte Spartanis comminati sunt: *ὅμεις δὲ τὸ ἐνθεύτερον μαθήσεσθε ὄμοιον ἂν τι ὄμιν ἐξ αὐτοῦ ἐκβαίνη*. Quibus verbis Athenienses, etiamsi iustissimam ob Peloponnesiorum moras iram significare extremamque rationem secuti Lacedaemonios, ut quam celerrime succurrerent, commovere studuerint, tamen adeo non vanas minas iactavisse perspicuum est, ut re vera futurum fuisse persuasum habeant, ut ipsi, nisi Peloponnesii subvenissent, necessitate coacti rem in serium vertentes pacem a Mardonio oblatam acciperent. Atque ipsum Themistoclem Atheniensium principem ducemque et columen videmus nequaquam tam *μισοπέροσση* fuisse, quin iam tum futura prospiciens occulte Xerxi regi gratiam faceret *ἀποθήκη*, ut Herodotus scribit, *μέλλον ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρσῃν ἵνα ἐγγὺς ἀποστραφῇ* (VIII, 109). *ε*. Lacedaemonii quantopere id igerint, ne socii Persis faverent, atque quomodo in Thebanos animadverterint *ὅτι σφέων μεγάλως κατηγοροῦτο μηδίξειν* vide Herod. VII, 205.; 206 legimus tam celeriter Spartanos vel neglectis Carneis Leonidam propterea praemisisse *ἵνα τοῦτους ὀρέοντες οἱ ἄλλοι σύμμαχοι στρατεύωνται μηδὲ καὶ οὐδῆτοι μηδίσωσι*. Quanto in hac re inter omnes fere socios eminuierint lege VII, 219 sq. IX, 19: *Λακεδ. ἐστρατιοπεδεύοντο. . . πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ Πελοποννησίοι τοῖσι τὰ ἀμείνω ἔανδανε, οἱ δὲ καὶ ὀρέοντες ἐξίοντας Σπαρτιήτας οὐκ ἰδικαίην λείπεσθαι* etc. Argivos et Achaeos etiam tum defuisse nemo nescit.

<sup>46)</sup> De Aeginetis Herod. VI, 49; de ambigua ratione Delphici oraculi VII, 140 sq. Curt. II, 55: das delph. orakel war weit entfernt die nationalsache gegen d. Perser zu vertreten. De Thessalis Herod. VII, 172. De Argivis 148 sqq.: *ἐλθεῖν μᾶλλον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἄρχεσθαι ἢ τι ὑπεῖξαι Λακεδαιμονίοισι!* etiam acerbius de his Diod. XI, 3. Quamquam Herodotus eos quodam modo excusat 152; neque tamen tacet quam foede Mardonio ceteros Graecos prodiderint IX, 2. De Achaeis ceterisque Peloponnesiis a Persis stantibus VIII, 73; de Boeotiis VII, 132; quam acerbe de Thebanis 205. 233! Quam Thebanorum foeditatem memoria teneas propterea quaeso, quod ad Agesilai adversus eos asperitatem recte iudicandam magni est momenti.

<sup>47)</sup> Hunc rerum statum tam dilucide Curtius descripsit, ut magnopere mirer, quod in iudicandis Lacedaemoniis nullam eiusdem status rationem habuit; II, 54: Überall wo d. geschlechter [optimates] noch am ruder waren, hasste man Athen als den heerd der demokratie, welche wie ein böses gift d. gesundheit hellenischen lebens zerstöre. Hoc quis dubitat quin etiam Lacedaemonii probe persuasum habuerint? Quid, quod ex ipsis Atheniensibus permulti eique optimi viri, velut Aristides Cimon, ipse Thucydides magis optumati rei publicae generi faverunt, dummodo certis legibus populus quoque suffragio ferendo rebus interesset, quam populari generi in quo omnia per populum solum vel etiam per multitudinem agerentur omniaque ex vulgi variante voluntate et arbitrio essent gerenda! Recte idem Curtius: Deshalb musste der glänzende aufschwung des jungen Athen nicht blos den Spartanern und Thebanern ein ärgernis sein [hos igitur eodem loco habet, ergo quanta utrorumque agendi diversitas!], sondern allen, welche das heil der staaten in der besonnenen leitung alter familien sahen, denen nichts verhasster war, als dass der grosse haufe . . . in tobenden marktversammlungen über das schicksal der staaten entscheide . . . das wurde als der verfall hellenischer staatenordnung und edler gesittung betrachtet. Quid igitur? illud qui sentiebant, eos *φιλέλληνας* fuisse negas? — Ceterum Curtius quod ratiocinatur: Sollten d. Perserkriege glückl. bestanden werden, so konnte es nur durch eine grosse volkerhebung gelingen; also musste jeder erfolg auch ein fortschritt der demokratie sein — magis declamavisse mihi videtur quam disputavisse. Nam Athenienses nequaquam existimo propterea vicisse barbaros, quod populares ipsi erant; nedum eos ut populares fortiores fuisse putem quam Lacedaemonios! Sed propterea vicerunt, quod eo ipso tempore aliquot maxima prudentia animique praesentia viros habebant, velut Miltiadem Mnesiphilum (Her. VII, 57. Plut. Them. 2) Themistoclem Aristidem, atque maxime — ut recte censuit ipse Herodotus VII, 139. 144 (cf. Thuc. I, 93) — quod Themistocles eos quasi coëgit *θαλασσίους γενέσθαι*. Namque virtus eorum et alacritas patriaeque amor quamvis valuerint, tamen futurum fuisse ut opprimerentur veri simile est, nisi in ducibus fuissent consilium ratio sententia. Has igitur singulorum virorum virtutes — quae tamen nemo nescit quantum valere soleant ad augendos universorum animos atque spiritus — maxime causas tum fuisse dico, cur Athenienses bello Persico ceteros Graecos atque etiam Spartanos superarent. Nihilominus, quoniam praeterea populares erant, provideri potuit eorum victoria omnium in Graecia popularium causam corroboratum iri, ut recte Curtius iudicet p. 95: Der sieg über d. Perser war zugl. ein sieg Athens über Sparta. Sed ex eo ipso efficitur Lacedaemoniis, quo minus id eos fugerit, eo maiori laudi esse tribuendum, quod tum non optimates respexerunt sed adversus omnem suam rationem animique inclinationem, etiam adversus infaustas oraculi Delphici sortes (Her. VII, 140 sq. 148. VIII. 141 cf. V, 9; adn. 33!) causam suam communicaverunt cum illis tam infensis sibi quam invisis popularibus!

<sup>48)</sup> Herodotus VI, 109 Miltiadem facit Callimacho dicentem: *ἦν μὲν γυν μὴ συμβάλωμεν, ἐλπομαι τῶν στάσιν μεγάλην διασεισῆν ἐμπεσοῦσαν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα ὥστε μηδίσαι*; cf. 115. 121. 124 unde efficitur partem Atheniensium Hippiae Persisque studuisse; tradit Plut. Arist. 13 etiam apud Plataeas optimates in patriam conspiravisse. — De Pindaro Curt. p. 55 sq.: „Ein mann wie Pindar, welcher in den von vater auf sohn forterbenden tugenden d. bürgerschaft für d. erhaltung des edlen u. schönen sah u. der volksherrschaft ebenso abgeneigt war, wie tyrannischer gewaltherrschaft, Pindar konnte an der begeisterung der freiheitskämpfe keinen

atque consilium apud eos valuerit, quantos in eum quasi effuderint honores! 49) Nihilominus concedo mihi quoque Spartanos videri, postquam a Cleomene rege ad incertam illam ancipitemque rationem inducti essent, quae cum moribus eorum minime conveniebat, ex eo tempore cum sibi ipsis tum ex oraculis illis fatalibus Atheniensibus diffidere coepisse. Sed hanc diffidentiam ac suspicionem quominus ne tunc quidem plane mitteret, non solum ipsorum animi indoles obstitit atque superstitio, verum etiam maxime ipsorum Atheniensium ratio. Qui, cum paulo ante — ut supra demonstravi — iustam illorum invidiam sibi collegissent, tum demum, cum sua culpa ingens bellum sibi et universae Graeciae contraxissent, ad amicitiam eorum redierunt idque nulla alia de causa, quam quod auxilii eorum indigebant! 50) Idem quam inviti iam tum imperii maritimi summam Lacedaemoniis cesserint, atque post pugnam Salaminiam quantis animis operam illam a Spartanis oblatam per speciem urbanitatis aspernati sint, dilucide Herodotus atque aperte describit. 51) Quare quod idem paulo post Spartanos Atheniensibus a Mardonio laborantibus propterea defuisse censet, quia eorum ope non iam se indigere putarent, ne iniuste iudicaretur primum moneo eum non certo auctore se comperisse dicere, sed suspicari tantum; deinde in eius narratione inesse quae cum ipsius coniectura non convenient; denique eundem iisdem fere verbis idem de Atheniensibus proferre. 52) Omnino enim etiamsi demonstrari posset Lacedaemonios maxime

anteil nehmen, er konnte kurz nach der schlacht b. Marath. einen Athener feiern, ohne des grossen tages mit einem worte zu gedenken (cf. p. 731, adn. 25); 95: auch P. konnte nun [post pugn. Salamin. et Plataeens.] nicht anders; er musste der wahrheit die ehre geben etc.

49) Herodotum Themistoclem, cum plurimum eum largitione et corruptela valuisse dicat, nimis acerbe iudicare recte Steinius monuit ad VIII, 4. 110. Negari eundem non poterit illum saepius turpem talem rationem inisse. Tamen eundem apud Eurybiadem plurimum auctoritate valuisse Diodorus disertissime scribit, qui Ephorum secutus in hac re aequius videtur fecisse iudicium, cf. XI, 12: Θεμιστ. διὰ σύνεσιν καὶ στρατηγίαν μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύχχανεν οὐ μόνον ἐν τοῖς κατὰ τὸ ναυτικὸν Ἑλλήσιν ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῷ τῷ Εὐρυβιάδῃ. Uterque autem scriptor auctor est multo magis ceteros Peloponnesios, in primis Adimantum Corinthium, Themistocli et invidisse et obstitisse, quam ipsum Eurybiadem, cf. Her. VIII, 57—64. 74. Diod. c. 16: ὁ δ' οὖν Εὐρυβ. παραλαβὼν τὸν Θεμιστ. παρακαλεῖν ἐπεχείρει τὰ πλήθη... 17: ὁ δὲ Θεμιστ. ὄρων τὸν Εὐρυβ. μὴ δυνάμενον περιγενέσθαι τῆς τοῦ πλήθους ὀριμῆς... Sequitur Eurybiadem in vitis sociis Themistocli obsecutum esse! — Postea Themistoclem ceteris Graecis invidentibus Lacedaemonii soli quantis honoribus affecerint Herod. narrat 124: οὐ βουλομένων τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ... ὅτι οὐκ ἐτιμήθη... αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαιμόνα ἀπῆλθε θέλων τιμηθῆναι, καὶ μὴ Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπέδξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν... ἀριστήρια ἔδωσαν... ἀνέσαντες δὲ πολλὰ προέπεμψαν... μούνον δὲ τοῦτον πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Σπαρτιῆται προέπεμψαν. De eadem re quod Diod. c. 27 prodit, Spartanos eum coluisse φοβηθέντας μήποτε Θεμιστ. κακὸν μέγα βουλευθήται κατ' αὐτὸν καὶ τῶν Ἑλλήνων, etiamsi verum esset, tamen eis non ita vitio esset vertendum, ut ipsis Atheniensibus quod ob eam rem illum ἀπέστησαν ἀπὸ τῆς στρατηγίας. Sed dubito num verum sit, cf. Thuc. I, 91: τῷ μὲν Θεμιστ. ἐπέθοντο διὰ φιλίαν αὐτοῦ.

50) Curt. II, 8: Jetzt erkannte Ath. d. notwendigk. sich Sp. zu nähern.. machte zugeständnisse u m seinen zweck zu erreichen. — Rectissime Herodot. VIII 142 Spartanorum legatos querentes facit: ἡγείρατε τὸνδε τὸν πόλεμον ὑμεῖς οὐδὲν ἡμέων βουλομένων, καὶ περὶ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο, νῦν δὲ φέρεται καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ἄλλως τε τούτων ἀπάντων αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἑλλήσι Ἀθηναίους οὐδαμῶς ἀνασχετόν. Quibus verbis ipse Herod. assentitur V, 97: αὐτὰι αἱ νέες, ab Atheniensibus illae quidem adversus Persas Jonibus missae, ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἑλλήσι.

51) Her. VIII 3, ad quod recte Steinius; zunächst waren die Athener mehr der peloponnes. hülfe bedürftig als umgekehrt; und um diese nicht zu verlieren, verzichteten sie vorläufig auf die führung (cf. adn. 52). Ceterum aperte Herod. socios dicit noluisse quemquam alium sequi nisi Spartanum: οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφασαν, ἢ μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύη, Ἀθηναίοισι ἐφέσθαι ἡγεμόνοισι, cf. Steinium: οἱ συμμ. fast nur Peloponnesier u. Dorier, die, gewohnt unter Spartas oberleitung ins feld zu rücken, diese ordnung jetzt auch auf den ersten gemeinschaftl. auszug zur see übertragen wissen wollten. His igitur quod hoc contenderunt, praesertim cum in summa plus navium (CXLIV) praeberent quam Athenienses (CXXVII), nequaquam vitio dari potest. Atque etiam Atheniensibus, quod quamvis inviti εἶκον, non habeo cur ita laudi vertam, ut fieri solet, cum haud immerito eis quod intriverunt excedendum erat. — Idem quantos post Salaminiam pugnam gesserint spiritus cf. Diod. 27: τῶν Ἀθηναίων διὰ τοῦτο φρονηματιζόμενων, πᾶσιν ἐγένοντο καταφανεῖς ὡς τοῖς Λακεδαιμόνιοις ἀμφισβητήσοντες τῆς κατὰ θάλατταν ἡγεμονίας. Qua cum re optime convenit superbum illud responsum Her. VIII, 144; in eo confitentur illi quidem: ὑμέων ἀγάμεθα τὴν προνοίην τὴν πρὸς ἡμέας εἶσαν, quod Lacedaemonii (142) operam suam obtulerant ad mulieres liberosque eorum dum bellum gereretur alendos; tamen per dissimulationem (ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται) ita recusant, ut recte Steinius moneat: dem gereizten, höflich höhnischen ton dieser rede fühlt es sich an... Qui vir doctissimus etsi censet ab Herodoto Athenis ipsis esse perquisitam et conscriptam orationem, ut dicit „unter d. eindruck der ersten jahre vor u. nach beginn der peloponnes. krieges“, tamen dubitari nequit quin veram responsi summam traditam acceperimus.

52) Notissimum illud, quod iam tetigi (adn. 44 d), Herodoti iudicium extat IX, 9 sq. Narrat H. (7 sq.) Lacedaemonios ne Atheniensibus succurrerent prohibitos esse Hyacinthiis, quoniam περὶ πλείστου ἦγον τὰ τοῦ θεοῦ προσύνειν; addit, per ironiam ut videtur, ἅμα δὲ τὸ τεῖχος σφι etc. Tamen eos praetendisse religionem ne significat quidem, cf. Steinium ad l: ähnliche rechtfertigung etc. Ceterum murum illum Isthmum non



suam Peloponnesiorumque salutem spectasse neque universae Graeciae commodis prospexisse nisi secundo loco, nonne simile etiam in Athenienses cadit? An putas in illis tam gratuitam fuisse virtutem, ut communem patriam hoc est ceteros Graecos sine suo emolumento defendere vellent? Non manifestum est illos iam tum navibus fretos eodem loco cum Spartanis sese habuisse neque quidquam aliud expetivisse nisi maritimum imperium<sup>53)</sup> Quod moneo, non ut eos reprehendam nedum meritissimas eorum laudes extenuem, sed ut debitum et illis et Spartanis pretium statuens in utrisque aestimandis iustum iudicandi modum adhibeam, quem ex nostris historicis ac criticis nonnulli nimia universorum Atheniensium admiratione adducti transisse mihi videntur!

Lacedaemonii soli, sed omnes Peloponnesii struebant VIII, 71; hi igitur, etiam cum illi domi dies festos celebrabant, struere pergebant. Tum H. dicit legatos Atheniensium venisse questum se esse *ἀδικουμένους ὑπ' Ἑλλήνων καὶ καταπροδομένους*. Qui cum dicunt *τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω ἀκίβδηλον νενέμεται*... certe pro sua parte ambiguae illos fidei per ambages velle videntur incusare. Quamquam quod addunt *οὐ γὰρ ἐποίησατε ἐπιτηδέως* magis ad tarditatem et *ἀβουλίαν* spectat quam ad malevolentiam. — Deinde, postquam descripsit, ephori quomodo responsum per decem dies distulerint ac procrastinauerint, dum eo ipso tempore πάντες Πελοποννήσιοι ἐτείχεον σπουδὴν ἐχόντες πολλήν, ipse de hac mora suum iudicium hisce verbis facit: *οὐκ ἔχω εἰπεῖν τὸ αἴτιον*... ἄλλο γε ἢ ὅτι ὁ Ἰσθμὸς σφι ἐτείχετο καὶ ἐδόκειον Ἀθηναίων ἐπιτεταταῖς οὐδέν. — Quibus verbis consentaneum est nihil eum proferre velle nisi vel opinionem vel suspicionem. Quae etiamsi vera esset, tamen in Lacedaemonios non aliter caderet atque in Athenienses cadit quod idem dicit VIII, 8 cf. adn. 51: de imperio maritimo *οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶλον μέγχι ὅσον χάριτα ἐδέοντο αὐτῶν, ὡς διεδέξαν* etc.; postea enim Athenienses Lacedaemoniis, ubi primum eorum auxilio non iam egerent, principatum eripuisse! — Sed in iudicanda Spartanorum ratione ne Herodoto assentiar, obstant cum quod ipse de Hyacinthiis celebrandis supra protulit, tum quae sequuntur. Narrat ephoros, ut tandem legatis responderent exercitumque emitterent, commotos esse per Chileum Tegeaten (adn. 31 extr.) monentem murum Isthmum non prohibiturum ne Persae adiunctis Atheniensibus ad Peloponnesum aditus haberent. Tunc illos, postquam *φρονὲ λαβόντες τὸν λόγον αὐτίκα, sed φράσσαντες οὐδέν*, ipsa proxima nocte quinque millia Spartiatarum cum triginta quinque milibus Hilotarum praemisissent, postridie legatos, cum omnium ignari ad extrema descenderent (adn. 45 d.), cum magna eorum admiratione certiores fecisse exercitum iam iter facere coepisse seseque non dubitare, quin eo ipso temporis puncto iam usque ad Orestheum pagum pervenisset. — Qua in narratione hoc maximam affert dubitationem, quod credere iubemur omnino fieri potuisse, ut una nocte tantus exercitus omnibus rebus ornaretur atque instrueretur! Accedit quod paulo infra (11) Herodotus etiam τῶν περιοίκων dicit quinque millia eodem die mane una cum legatis profectos esse. Idemque c. 14 πρόδρομον ἄλλην στρατιὴν mille Lacedaemoniorum antecessisse commemorat. Atque has tantas copias tam praecipites esse coactas ab iisdem, quos constat tardissimos fuisse? Recte igitur Steinius: die vorbereitungen zum ausmarsch waren gewiss schon in den vorhergehenden tagen [rectius dixisset: wochen!], aber in aller stille gemacht worden. Denn die Spartiaten vermieden es, den fremden einsicht in die einrichtung ihres heerwesens zu geben. cf. Schol. ad Thuc. V, 98. Itaque ephori mihi videntur, cum iam diu exercitus, tardius quidem propter Hyacinthia, pararetur, responsum suum non ideo distulisse, quod omnino adiuuare Athenienses dubitarent vel etiam nollent, sed ut legatis — quos tam diu a se ductos esse fortasse Chileo monente eos pudebat — nec opinantibus rem perfectam obicere possent. Herod. autem, cum eos reprehendit, quod ἀμικρομένον μὲν Ἀλέξανδρου τοῦ Μακεδόνος ἐς Ἀθήνην σπουδὴν μεγάλην ἐποίησαντο μὴ μηδισαί Ἀθηναίους, τότε δὲ ὄρον ἐποίησαντο οὐδεμίαν, oblitus videtur aliud esse legatos mittere, aliud magnas copias parare. Adde quod hae ipsae copiae cogendae erant praeter eas, quae murum Isthmum perficiebant. Videntur sane mihi quoque Spartanos expectavisse dum murus esset perfectus, cum neque crederent, ut ipsi tardi erant, tanta celeritate (IX, 1. 3) Mardonium iterum Athenas petiturum esse (legimus VIII 108 Eurybiadem certo sperasse Persas ἡσυχίην ἄγειν... οὔτε τι προχωρεῖν... οὐ μὲν εἶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ), neque omnibus copiis ex Peloponneso auxilio vellent nisi muro perfecto. Quae ratio eis, quoniam in isto muro ultimam suam sociorumque salutem positam esse persuasum erat, praesertim cum Mardonium nisi terrestribus copiis non iam aggredi posse scirent, haud maiori vitio danda videtur, quam magnae ipsorum Atheniensium parti, quod vel in arce defendenda vel in migratione salutem posuerant (VII, 142 sq.). Itaque Lacedaemonii quod μακρότερα καὶ σχολαιτέρα ἐποίησαν (IX, 6) referendum esse non existimo ad malevolentiam, ut Athenienses deserere voluerint vel etiam malis eorum gavisii sint, sed ad illam ἄλλην ἀβουλίαν τε καὶ βραδυτῆτα καὶ μαλακίαν, qua saepissime eos impeditos esse vidimus. Haec mea mihi opinio ab Herodoto discrepans etiam magis confirmatur non solum eo, quod ipse scriptor, cum Orestheum illum pagum nominat, sine dubio in errore versatur (cf. Steinium ad l.), sed etiam eo quod neque Diodorus eum sequitur et Thucydides plane aliud videtur iudicare. Namque ille XI 28 mentionem quidem facit τῆς τῶν Ἀθηναίων (scil. φρονηματοποιουμένων) cf. adn. 51) πρὸς Ἑλλήνας ἀλλοτριότητος, sed Spartanorum moram non refert nisi ad tarditatem: βραδυνόντων δὲ αὐτῶν etc.; tum Peloponnesios etiam laudans 29: ἐδοξε τοῖς συνέδροις τῶν Ἑλλήν. παραλαβεῖν τοὺς Ἀθηναίους καὶ πανδημεὶ προσελθόντας εἰς τὰς Πλαταιὰς διαγωνίσασθαι περὶ τῆς ἑλευθερίας totam narratiunculam Herodoteam praeterit. Thucyd. autem I, 92 de ratione quae illo tempore inter Athenienses et Lacedaemonios intercedebat aperte dicit: οἱ Λακεδ. προσφιλεῖς ὄντες ἐν τῷ τότε διὰ τὴν ἐς τὸν Μῆδον προθυμίαν τὰ μάλιστα αὐτοῖς ἐτύγχανον. — Quid? quod ipse Herodotus infra (27), cum honoris illud et dignitatis inter Athenienses et Tegeatas certamen memorat, Lacedaemonios tradit una voce illos ipsis suis praeiis sociis antetulisse: Λακεδαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ στρατόπεδον Ἀθηναίους ἀξιονικότερους εἶναι ἢ περὶ Ἀρκάδας. Et hos illis putas consulto defuturos fuisse?

<sup>53)</sup> Peloponnesios maxime de Peloponneso anxios fuisse nequaquam nego. Her. VIII, 4. 56. 70–74. Sed neque vitio cuiquam est de sua potissimum patria timere neque Lacedaemonii accusandi, quod, cum pedestri pugna decertare mallent quam insueta navali, tutius arbitrabantur ad Isthmum quam in angustiis faucibus Salaminis hostes


Quae cum ita mihi persuaserim, concedo quidem omnino fieri non potuisse, quin illo tempore in tanta omnium rerum Graecarum commutatione Lacedaemonii, ut tardi cauti superstitiosi erant propitiique vetustati, aliquando ab vividis acribusque illis Atheniensibus ingenio altaque indole praecellentibus superarentur. Idemque concedo illos illis rebus multum fuisse impeditos, quominus una cum aemulis adversariisque suis in reliquum tempus metuendis in bellum Persicum toti et mentibus et animis insisterent, praesertim cum id ipsum bellum magna ex parte mari esset gerendum, maritimi autem belli ipsi insueti essent, ab eo abhorrent, ad id nisi coacti non descenderent. Denique concedo vituperari eos licere propter ἀβουλίαν illam atque inscitiam, quod solo muro Isthmio Peloponnesum defendi posse putabant, item propter nimiam tarditatem dubitationem, superstitionem suspicionem. Attamen eosdem neque malitiae accusandos esse neque nimiae praeter ceteros suae utilitatis curae, potius eos, cum sincero in communem patriae hostem odio arderent, vere μισοπέρους extitisse verumque arma et consilia cum ceteris Graecis sociandi studium prae se tulisse, quamvis breviter tamen satis demonstravisse mihi videor.

Qui quomodo ex illo tempore usque ad Agesilai aetatem se gesserint, cum loco temporeque deficiente nunc, quod doleo, mediam disputationem abrumperere cogar, alio loco quam primum fieri poterit demonstrare conabor.

expectari. Ceterum Diodorus XI 15 illos non magis sollicitos fuisse prodit, quam ipsos Athenienses, qui supra demonstravi (adn. 47) quam multa paucorum illorum et maxime unius Themistoclis prudentiae debuerint! — In illud quod Herbstius dicit (718): Sp. will die pässe am Olymp u. Oeta u. somit zwei drittheile v. Hellas ohne weiteres preisgeben... es denkt nur an seinen Peloponnes, ad illa remitto, quae supra de Leonida attuli, atque ad Curtium 61: d. besetzung von Tempe war unnütz — das ganze hinterland sehr unsicher: schon knüpften die mittelgriech. staaten unterhandlungen m. den Persern an. — Omnino Lacedaemoniis quod identidem in Peloponnesum defendendum revoluti sunt non opprobrio habendum est, si consideramus et Demaratum, ipsum regem Spartanorum, et prudentissimam illam reginam Artemisiam nihil Xerxi suasisse nisi ut Peloponnesum quam celerrime aggrediretur! Qua de re Curtius 71: Artemisia erklärte, dass es nur einen vernünft. kriegsplan gäbe, zu lande gegen d. Isthmus vorzugehen; dann werde sich sofort ohne kampf d. feindl. flotte auflösen. Ihre meinung war von so überzeugender wahrheit, dass es schwer ist, sich die verblendung der Perser zu erklären. Hanc vero caecitatem num Lacedaemonii antea conicere potuerunt? in Isthmo summam rerum positam crederent nonne necesse erat? Praeterita iudicare facile! Sed ex eis illorum rationem reprehendere iniustum! — De Atheniensium consiliis cf. adn. 51. Diod. XI, 27. Her. VIII, 3 in adn. 52. Rectissime Curtius 79: unter dem vorwande die isthmischen beschlüsse auszuführen gab Themist. deutl. zu erkennen, dass die flotte Athens nicht blos zur abwehr der feinde, sondern zur begründung einer herrschaft durch ihn geschaffen sei! 97: nicht blos ein schild sollte die flotte sein, sondern auch e. scharfe waffe zur züchtigung u. unterwerfung... schrecken verbreitete sich in der inselwelt, für die der tag v. Salamis der anfang einer neuen bedrängnis wurde! 113 sq.: d. sicherheit, mit welcher d. Athener diese aufgabe — dicit principatum acquirendum — anfassten, beweist, dass sie sich schon lange im stillen auf e. solche stellung vorbereitet hatten. Gewiss erkannten schon seit Solons zeit alle weiter blickenden den beruf Athens etc. — cf. adn. 50 verba Lacedaemoniorum ex Her. VIII, 142: περί τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο. — Quid Miltiades Themistocles alii spectaverint cf. Curt. 114: d. einen dachten wie Miltiades und Themistocles, das recht des stärkern müsse allein entscheiden! cf. Her. VIII, 111 sq.







Handwritten title or header, possibly "Handwritten Title".

Handwritten text, possibly a date or page number.

Handwritten text, possibly a name or subject.

Handwritten text, possibly a date or page number.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.

Handwritten text, possibly a paragraph or list of items.